Hi in Academia peractis in Templum Divae Mariae, praeeunte, in quem insignia Academiae sequuntur <sup>Marcho</sup> ~~Marchallo~~ Comitiali: [hos sequuntur] Proximus ibat suis satellitibus stipatus Cancellarius, inde Procancelarius cum Professoribus incedebat, excipiunt illos Cives et deputati reliqui, agmenque studiosi claudunt. Erat <sup>[jam]</sup> nunc in sacras emventum aedes, [ubi et cum] et in choro paratas sibi Cancellarius, Procancelarius et Professores [sedes occupant, illis ~~ille~~] ille a dextro hi a sinistro Cathedrae editionis latere, sedes Musicis sua praecedentibus occupant, cum in suggestum surgeret Rauehert Sagnitienfium [Polwenfium] Pastor qui ex ~~[verbis Pro]~~ praescripta sibi Pericopa Prov. Cap. 2. a 1 ad 6 inclus. vers. egregiam, [et] proximi, [et] eruditam et adpositam humiliam pro concione recitavit: Haec finita De Deum laudamus, eane batur. interea explodebantur tormenta per munimenta disposita, inter strepente militum, suis barbararum (!) fragoribus ~~[manipulo]~~ cohorte Canebantur inde preces et benedictio Dominica. fit hic musicorum interseemium et adscendit in cathedram <sup>2</sup> dictam Pro-<sup>1</sup> Cancellarius, qui evocatum ex Professorum coetu Dn. Mag. Olavum Mobergium S. Theol. et Academici Ordinis primum Professore, Rectorem Academiae Magnificum Jollenni ~~[exempl]~~

ritu erect, traditis ei, sceptris, [Constitut statutorum libro] Legum Acad. codice, chlamyde purpurea, quam ipse met ~~[Fischer]~~ in Processu ab Acad. in Templum gestavit Fischerus, clavis, sigillo idque genus aliis sollempnibus: Quibus ~~[defunctis ire licet]~~ peractis, solenne illud ex templo, ire licet, audiebatur.

Jam stabat rediviva Dorpatensis Minerva, [tam] Augusto praesidio, [tot] et eximiiis ornamentis condecorata: Deerat ei ad ornatum atq cultum splendorem nihil, necessitati suppetebant omnia. [Bibliotheca optimis quibusque scriptoribus qui humaniores literas tractantibus usui sunt maximo, tam reliquis aliqua ratione facultatibus] Donaverat Clement. Rex Bibliothecam in Belgio à Comite Nic. Gyllenstolpio, dum Legatus [ibi] ad ordines Regni Sueciae Hagae esset, collectam, praestantissimis Graecis Latinisque in quocumq literaturae genere scriptoribus instructam: augendam ulterius liberalitate Principum, et successu temporis egregie, libri praesertim à quo Pernaviam accessit auctam. Tum si quid ingenioso factu edere [Dorpatum] ab illo tempore praestantiora ingenia meditarentur, praesto erit Rege curante Typographeum, Regis typis instructum, salario typothetae numerato, sicuti omnibus Doctibus idem ~~idem~~ adtributum 500 Thal. arg. salarium numeratum cum

praediis Tarvanna in subsidium compendiumq[ue] ~~[sua]~~ Rei familiaris  
 quaestuosissimum; [quibus] I declaravitq[ue] Rex gloriosissimus, se  
 vestigia [suorum] majorum magna secutum fuisse gloria.  
 declarare vere vere Livoni, quamvis unius haec Regalis Magni-  
 ficentia ad usum provinciae hujus spectaret suumq[ue] et exinde  
 magno extarentur exemplo Principis sui, se majoribus suis ~~[non]~~  
 esse [<sup>meliores</sup> ~~facilioribus~~] non dispares: qui ab illo tempore quo primum  
 Academia et artium ingeniarum officinae haec institutae, ad  
 promovendam rem literariam ne teruncium contulerunt quidem,  
 ut potius sequioribus haece temporibus, odis interuentis Aca-  
 demicam omnem rem sublata[m] iverint, <sup>(1)</sup> tanquam quae ad fla-  
 gitia eorum, quibus innutriti, expugnanda, impietatem, cui ad-  
 suere, profligandam [<sup>severitatem</sup> ~~severitatem~~ mitig] licentiam compefcendam,  
 fidem in Principes ingenerandam, haec constituta [est] sit.  
 Non feliciore in ~~in~~ his Suecia quae [folio] Principum suorum  
 fruitur elementissimâ solum in liberales artes beneficentiâ, [et]  
 Nam a quo tempore Gustavus aut Christina regno praefuere,  
 nulla vidit fere privatoam in literas eorumq[ue] cultores beneficia,  
 nullas in pios usus Symbolds, nulla publica stipendia in do-  
 centes, vel discentes, aut ullum literariae rei & ecclesiae

argentae indicium, excepto uno aut altero. Adeo exarsit illa pia  
 liberalitatis Vena sub Suecis Evangelicis, quae sub Pontificis  
 largior uberiorq; fluebat. Unde, (: avertat Deus omen!) verendum ne  
 Deus aliquando ingrata suorum bonorum agnitione provocatus,  
 illa à literis purae religionis praesidia nobis adimat. [Sed]  
 Quod enim adhuc ~~adhuc~~ stet Ecclesia, quod literae adhuc dum  
 extinctae penitus non sunt, quod adhuc dum nulla nos ingruit  
 barbaries, id Regibus piissimis Gustavis et Carolis gratissima de-  
 bebuit Suecia, debuit Livonia. An se autem ab imminente  
 per fanaticismi monstra, barbarae feritatis immunitate tueri  
 diu potuerit: Cum antiquus in literas favor, tenerior in innocuas  
 Musas adfectus, quae [sibi] aliis ornamento sunt et usui, sibi  
 parum prodesse possunt, in neglectum fere, contemptum et quod  
 gravius in obia verberit id Deus novit. Adeoque nisi Carolini  
 praesidiis tutae tectaeq; heic aliisq; in locis essent Musae in  
 malam dudum abiissent rem. Conservet Deus CAROLUM sicuti  
 nos ille conservat!

Hicce à Rege elementissimo summa prudentiâ et mag-  
 nifica liberalitate in D&I gloriam Ecclesiae Reipublicae  
 commoda, constitutis. Magna industria et alacritate invicta ad

suscitanda ea quae vix hinc in Livonia sepulta jacuerunt literarum  
 studia, properarunt [sicubi singuli] Professores. Sicuti singuli  
 non solum [praeclara] solida eruditione domi parati instructi  
 erant, sed ex recenti [quoque] iam peregrinatione, plurima rerum  
 et multiplici rarissimarum experientia locupletati in praeclara  
 quoque ingeniorum exercitia magna contentione animi exardefer-  
 bant, honestissima inter sese aemulatione ad quoque eximia stu-  
 diorum tentamenta juventutem exemplo et eruditione incitantes.  
 Siluerunt haec Dorpatica pulpita, longo errore palantibus  
 Musis, quae nunc Dissertationibus quotidie eruditis, legendo  
 disputandisque personabant. Aperuit sese clausus <sup>hucusque</sup> ~~haec usque~~ in ca-  
 thedra Academica Sacer Scripturae estex et ex fontibus suis  
 sese saera oracula accipiebantur [ambrosi fecit ex] purissimis  
 solidissimis expositionibus explicatum. Nec rostra olim facundia  
 sua tam exornasse certum est Hortensios aut Tullios, quam  
 Hermelini suadum Dorpatensem cathedram. [Non Nazones aut Ma-  
 rones] Invidisset Italia [Dorpat] non nova illa sed antiqua,  
 [erat illa] ea egregia carmina, [tam felicioris ~~pat~~] Hermelini quae  
 Nazone <sup>aut</sup> Marone non indigna erant. Tum Euclideos ductus et  
 Archimedis sollicitiam [penes sese] Dorpatensibus sese commoda

ipsa se cum indignabatur Dallas. Neg erat ulla sapientiae pars,  
 quae non singulari cum successu Dorpati floret. Unde non  
 eruditissimi solum prodierunt juvenes ad Ecclesiae Reigp, mi-  
 nisteria. Sed et ipsi Musarum sacerdotes et publici ~~magistri~~  
 magistri, tanquam ad meliora et ampliora pleriq nati vide-  
 bantur eorum, Academicis vix diu cancellis comprehendendi  
 industriam posse plurimis constabat indicis. Quapropter eu-  
 ditos et praeclaros viros necessitate exigente publica, non aliunde  
 quam Dorpato habere potuit Imperium sive publicae ad Prin-  
 cipes [rebus] res expediendi, sive gubernanda Principis vale-  
 tudo, sive jus dicendum sive Ecclesia Dei cum fructu et laude  
 moderanda. Videbaturq incrementa maxima ex hoc Athenaeo  
 sentire sese literaria res: Concurrente ex Suecia, vicina Fin-  
 landia, Esthonia, Ingria et Livonia magna juvenum fre-  
 quentia. Quae tamen ingruente mox tristissima ammonae caritate  
 rarefcere, et ab accessu Livonici agri absterveri: juvenum ~~animi~~  
 eorum praecipue animi qui vel ex Suecia vel aliis procul distatis  
 oris, aditum in Livoniam meditabantur<sup>1)</sup> Tum quia alieniore  
 ab imperio incolae esse inciperent animo, [et] ad novas res spee-  
 tante jam clanculum provincia per proditores quosdam Patricellum  
 et complices, Livonorum non nisi paucissimi ad haec sese rece-

41 X).

Quamvis nec ea tempestate Phoebus nec Juis  
eamerit quandoq; maculis, tantum aberit  
tamen ut tanta caligine aut liſora-  
rum infuſeaverit ſplendorem aut Mag-  
natur animos frigidare quodam adiectu  
inbuerit quam purgtinis temporibus.  
Melioribus ſemper illajorem partem  
conſtituentibus. Frequentia quoq;  
juvenitulis quamvis non magna neq;  
minuta proſus: ingruente mox annone  
canitate graviffima A. 1693 et ſequen-  
tibus unde abſterriti plurimorum  
animi nec Suecia nec Finnonia  
egredi auſi ſunt.

perunt Academiam, et si accefferunt vix a limine Musas salutarunt, Fifehero, nisi fallor, Pro Cancell. rem illam clam procurante, ejus ductu, jussu et commendatione in Germaniam immaturi avolarunt; et commisset res damno si ad bonas et laudatas Academias abiissent, sed ad Spenerum Turbatorem Ecclesiae, Hallam Gryffam<sup>1)</sup> aliasq; suspectas et haereticas abivere Fifehero jubente, laudante, demumq; sequente Academias, non sine suspitione conscium motum in Livonia feelestiffimorum bellig a Rege Poloniae Saxoniaeq; electore concitati fuisse Fifeherum. Ades nec suis ea tempestate maculis caruit Phoebus<sup>ille</sup> caliginem aut nigrorem nec malignorum judicia nec temporum iniquitas inducere ei potuere. Ut potius cum praevideret Rex Clementissimus CAROLUS XII gravissimos in Livonia bellorum motus barbarorum inundationes et lanienas, de transferendis aliisq; pro reliqua prudentia sua, coepit in bellibus Musis.

Huc usq; per Decennium fere faventi hospitio eos foverat Dorpatum cum alias illis pararet sedes Rex elementissimus. Et quamvis [nihil] Pernavia<sup>x)</sup> sese nec amoenitate loci nec fertilitate aut ubertate ulla commendaret, utpote in litorissifimo et macerrimo inter ~~faenosa~~ Bece atq; maris ~~fole~~ arenas sita, placuit tamen amoenitate potior, dubiis in rebus

42 x.)<sup>a</sup>

Missi itaq; quidam deputati Perno. qui locum et civium  
indolem explorarent, et quamvis nihil deprehenderent, quod  
aut amoenitate sua aut fertilitate ~~Etiam inlustrem socie-~~  
~~tatem~~ illum commendaret, in litoris oriffimo utpote et maer-  
rino agro constitutum, ut posset tam inlustrem societatem  
adlicere. Placuit amoenitate potior rebus dubiis securitas.

Remittentibus hinc Revalia illinc Riga ne ad se transf-  
feretz et de suis sibi Gymnasiis timentibus. Adeo  
publica cum negligitz salus nec obtinetur privata.  
Pernaviam itaq; transducta Academia A. 1699. in  
Octobr. de qua sollemni inauguratione tanto vicendum  
minus cum publice typis excusum exstet. Moderante  
omnia Primo Cancellario Erico Dahlbergio, Campeduei gene-  
rosissimo Regio Senatori et Generali Gubernatore Livoniae,  
qui aedem Musis splendidissime aedificari fecit cum  
Architectus ipsemet Castrensis praecipue delineator inven-  
torq; ingeniosissimus.

Ceterum gemino ~~Ex insperato~~ praeter opinionem incidente  
bello Polonico et Moschico, dissipatae Pernavienses Musae  
palantesq; huc atq; illuc dissefferunt, sed infelici exitu cum

H2 x) b

quatuor simul Regis excederent gratia: [nec per belli turbas  
 ulla esset erat] Regio incomparabili in hunc locum favore,  
 qui nulla licet esset frequentia juvenum, Professorum semper  
 numerum nunquam deficere permisit, sed salario et immunita-  
 tibus donavit. [Cogitatum interea] Saevientibus interea  
 Muschorum armis Pernaviae saepius excidium minitantibus  
 Pro Cancellarius Nicolaus Bergius Gen. per Livoniam Superint.  
 [Quasor erat supplici] necessitatem Academicam ex loco Musis  
 inimico transferendi in quemcumque vellet alium locum Rigam  
 potissimum

securitas. Remtentibus interea hinc Revalia illinc Riga ne  
 ad sese Academia commigraret, clanculum machinante ut  
 perderet tristitia soli horrendi citius sanctissimas Camoenas,  
 omnemq; bonis alacritatem ingenis demeret. Fifeher, Veritotamen  
 haec consilia in bonum Deus: Kreptae Moschicæ tyrannidi  
 Musæ, noctæ hospitium, de Migrationibus literarum erudito  
 sermone claudente Musarum [chorum] apud Dorpatenses ora  
 Michaelis D. A. U. Quo peracto nova ipsis heic Pernaviae erigitur  
 sedes die Octobr. A. 1699. [Anno in] In qua inauguratione quid  
 celebritate sollemni peractum sit perscripsit egregie ille qui  
 historiarum tum Professor erat Sueno Camen, quod quia  
 publice prostat editum: plura heic non adimas et futura  
 posterum industriae relinquimus ac integritati.

Dhella àhr p<sup>a</sup> Vironum qui commendatione eruditione ~~et~~ recti-  
 tate ~~et~~ muneris integritate atq; exempli rectitudine, inter  
 reliquos claruerunt mortales, vitas scripto consignare, ~~et~~  
 et ad posteritatis memoriam melioris ævi virtutes trans mit-  
 tere, uti semper iudicatum est [non officii] aliquam non  
 tantum [est] in majores [honestæ pietatis] piæ venerationis  
 partem esse, sed et ætati, si quæ futura, in eximium  
 proprium incitamentum: Quum viderit illa, quo modo ad  
 eruditionem primo parandam, magnis studiis diligentia

Dhella àhr p<sup>a</sup>  
 prof. bladet skrijnit  
 som så anmærdat år.

insuperabili ~~quo modo ad~~ ad eruditionem praecellentia  
 ingenia fuerint: honores inde adiverint: Atque demum quot  
 in publicis muneribus labores sustinuerint, quot certas ma-  
 lignorum obtrectationes senserint, bonorum contra favo-  
 rem et praesidia experti, ad tranquillum aliquem senectutis  
 portum pervenerint ne se a rectitudine propositi sui magna  
 cum alacritate Ecclesiae Dei Regi p. interveniendi, ~~abstineri~~  
~~abstineri~~ absterri aut quacumq; ratione dimoveri patiantur.  
 Illustres quae Dorpati congregatae sunt Academicae Societas,  
 paucis circumscripta annis et floruit et desit: [viris tamen  
 constabat] Doctores illa non uno ex locis repetierat, quare  
 magna [itaq] inter illos ingeniorum, uti Studiorum diversitas  
 existit, unde mutationes crebrae, et frequentiores quam  
 alias, in alia loca et ad alios honores digressiones. Paucissi-  
 mos enim Dorpatum ad finem vitae retinuit. eorum autem  
 ex suis viris excitare vitas, et ex fragmentis diggeris, ut  
 abijt membra colligere si quis voluerit operam ludere videbitur.  
 [aut] tunc si quis gratia memoria [recolere] mores eorum venerari  
 et [laudare] quos labores pro publico sustinere, quae erudi-  
 tionis suae monumenta reliquerint commemorare: temporis enim  
 injuria perire monumenta bellorum, cruentissimorum calami-  
 tates si quid proditum memoriae interciperet. Contenti itaq; nomina

eorum ordine recensere, cum alibi illud factum non meminimus;  
 et si id factum, perperam quam saepissime factum. Posteritati  
 perinde speramus non injucundum fore in hujusmodi sese intueri  
 speculo, indeq; exemplum sumere sibi, ut discat quid maxime  
 fugiendum iis quos praeclaris societatis divinae adferere  
 placuerit providentiae: [et] quidve agendum, ut [absq; ob-  
 trectes officii partibus recte defungi queat] felici cum successu  
 demandatis partibus defungi queat, publico proficit, nemini  
 noceat, juvenibus exemplo prae luceat, Collegarum absq; obtrectatione  
 it discordiis fractur honesto iudicio. Dolendae enim vices  
 ejus eruditi collegii, [ubi] in quod homines varii ingenii sese in-  
 gerunt, sacramenti sui praestiti minus memores, qui nec verae  
 religionis amici sunt nec manifesti hostes feclerati turbones  
 et maculones: quorum una gloria calumniari ingenius et viris  
 bonis resistere, suaq; vel publicâ petulantia vel clandestinis  
 [mors obtrectationibus] cavillationibus sibi suisq; collegis infamiam  
 creare. Tristia vidimus etiam ejus rei in sequentibus exempla  
 quae [uti] perinde atq; umbrae reliqua clarissima Ecclesiae  
 reisp. lumina distinguunt. [Quae tamen] haec uti sibi noeu-  
 erunt maxime ita [reliquorum] bonorum acuerunt virtutem,  
 quae nunquam suo mota loco in rectitudine quam sibi pro-  
 posuit persistit et tandem ad illud sese fastigium [penetrat]

ubi virtuti praemium [erit] fuit magno cum applausu penetravit.  
 [Opera ~~erit~~. Epistola ad Romanos / selectioribus Scholis illustrata  
 Matthaei Evangelium commentario expositum et dissertationibus  
 illustratum Psalmos enarrationes: Ita ut textum ipsum selec-  
 tioribus ]

1. ANDREAS VIRGINIUS. ex Nobili progenie de Schweggen et Globitz  
 in Pomerania natus sed literarum, sacrorum praecipue  
 dulcedine inlectus, exemplo maximorum in Ecclesia Dei viro-  
 rum [ut Matthiae Noë (!) aliorum] illa in Academiis sectatus studia  
 eorum peruenit ad gradus, quibus, cum laude ad ministeria  
 Ecclesiae Deoque servendum perveniret. Rostochii itaque  
 Magisterii simul et summos in Theologia Doctorales honores  
 adiit. Praepositus [inde] interea Partzensis [districtus] in Pomerania  
 [creatur] constituitur. unde Dorpatum ut primarius Sacrae  
Sanctae Theol. Professor effret, evocatus est. Vir juventuti in-  
 formationi educendae Ecclesiaeque servandae natus (!) et fretus,  
 diligens suorum praeceptor et felix. Omnibus enim illis prae-  
 fidis, quae Theologum decent, instructissimus. Unde multae  
 et praeclarae ejus sunt Theologicae quam plurimae differ-  
 tationes; frenti Disputator erat acer et subtilis, exegeta  
 facundus. Quis in tenenda vera doctrina usumque disciplina

gravissimus, acuti vir ingenii, linguarumq; eruditarem omnium egregie peritus neq; philosophicus minus imbutus scientiis. Peregrinator Orientis qui aliquando audivit hominem inter Turcos (!) Die Paschalis eamere Christ läg i dödens länder (!). etc.

A primo institutionis tempore [ad ultim quo] Pro-Rector renunciabatur quo datus τὰ γὰρ ἄ Της illustri Baroni Benedicto Skyttio; Ad ultimam Academiae eadem per 25. annos Venerando in officio cum summa laude permansit, sub quo tempore plurimos Scripturae libros publice [~~exposuit~~] eruditis commentariis exposuit, qui lucem quoq; publicum viderunt. Selectiora [quoq;] praeterea aliqua dicta disputationibus illustravit. Magno fuit iste vir Dorpatensi Academiae ornamento quiq; plurimos ex Suecia et aliunde sui fama in Livoniam pertraxit. Saepius collegis in Facultate Theologica cum destitueretur eo ardebat publici usus studio ut [utriusq; absentis collegae] sustinuit partes et suas et collegae. [Tum] Is dissonantiarum quondam quae inter Professores saepissime intercedebant pertaesus, Academico semet abdicavit Consistorio ut mente liberari et compositioni animi tranquillitate studia juventutis promoveret. Neq; erat qui pluries Rectoratum gesserit; quinquies

enim omnino fauces Academicos sibi commissos vidit. Aderat in  
 obsidione Moscovitica: qua liberatus Revaliam cum reliquis  
 egressus collegio, [atq] Prorektor illie 1654. fuit, donec pestem  
 quoq; vehementius ingruentem fugeret simul atq; locum illum.<sup>F</sup>  
 [Quot autem intercefferint anni antequam Superintendens  
 Episcopus Dioeceseos Esthonicae fieret non compertum. Weg [quem]  
 ubi sibi [locum] sedem [elegerit] fixerit. sicuti quousq; aetatem  
 perduxerit].

Opera ab ipso dum apud Academiam Darpotensem Professor  
 ageret, sunt sequentia:

Epistola ad Romanos scholiis selectioribus illustrata  
 Matthaei Evangelium scholiis notatu dignis et disputatio-  
 nibus publicis illustratum.

Commentariis in Psalmos Davidicos: quo textum (1) ipsum  
 selectioribus notis illustravit (2) Quaestiones utiles et arduas  
 inde  $\Delta\epsilon\tau\iota\kappa\acute{\alpha}\varsigma$  et  $\acute{\alpha}\nu\tau\iota\delta\epsilon\tau\iota\kappa\acute{\alpha}\varsigma$  proposuit et solvit.

Volumen Disput. in Johannem Evangelistam, quae  
 selectissimas Notas exhibent.

Postea vocante Clementissimo <sup>(6)</sup> [Regina Christina] Rege Carolo X<sup>mo</sup>  
 vacantem obitu M. Joachimi Theringii Dioeceseos Esthonicae  
 Episcopatum capessere jubetur, cui brevi quidem tempore,

summa tamen cum laude praefuit ad annum 1664. d. 20 Decembr.  
Huic successit M. Jacobus Dfeiffius Pomeranus A° 1666.

II. GEORGIUS MANCÆLIUS,

Semgallia Patria natus. Academicis defunctus studiis et Philo-  
sophiae Magister, sine dubio, in germania creatus, ad Wallho-  
fianam primo in Curlandia Ecclesiam à Celsissimo Curlandiae  
Principe vocatus est, inde post triennium Seeburgum ipsum ex-  
cepit. Dorpatum porro suum ipsi non concessit sed concedidit sug-  
gestum: ut verba ipsius [sunt] Mancælii. Atque simul cum Pasto-  
ratus secundum in Theologia Professionem suscepit ab prima  
institutione. Quia vero gradu in Theol. destitueretur, pro li-  
centia Theologicos honores adeundi disputationem sub Virginio  
habuit inauguralem A° 1633. Vir uti videtur excellentis ingenii ani-  
mique moderati, Concionator disertus, et Ecclesiasticâ Pruden-  
tiâ celebris, unde iteratis Principis Semgalliae Curlandiaeque li-  
teris vocatus est, quibus fatigatus Theologicae Professioni  
resignare potius voluit quam honoratae vocatiōni divinaeque  
providentiae remitti. Docente postmodum eventu, quam  
utilis illius viri in Ecclesia Dei opera fuerit. qui in  
Lettonica lingua primus erat, qui aliquid in usum Eccle-  
siae ederet. Permanfit Dorpatis ad Annum MDCXXXVII,

cum primum institueretur (!) Gymnasium Dorpatense Theol. illic Professor constitutus  
est. Unde Gymnasio... (nomen lisatus)

eum unde viginti annos in ministerio ante illud tempus fuisset.  
 Unde discessit d. 18. Septembris Principi Curlandiae à Coneionibus  
 futurus. Simul quoq; Ducatus istius Superintendens constitutus,  
 Mitthea postmodum habitavit. Collegis ille admodum charus, prae-  
 fertim Virginio, eum quo [amicissime] conjunctissime vixit, qua-  
 propter aegre illum a sese dimiserunt Collegae, primumque  
 potestatem abeundi concedere se posse negarunt, dicendo: uti  
 acta docent, nec dimittendi sibi potestatem esse sicuti nec  
 vocandi: aequius discessum tulerent proceres Regni. Memo-  
 rabilis est Manelii vox, qua suis valedicit collegis: dum  
 „voveret in Theologia fraternitatem Professorum et victoriam  
 „contra haereticos et schismaticos. in jure, juris sacerdotium;  
 „in medicina Τρίγαν καὶ Δόγαν; in Philosophia veritatis  
 „amorem. [versus] hoc claudit carmine:  
 „ Ex animo precor, incolumem Servator ELOHIM  
 „ hanc almam servet tempus in omne Scholam  
 Penibus editis in lingua Lettica quam egregie excoluit, libris  
 inclaruit, ob quos apud posteritatem ejus sanctam et honoratam  
 esse oportet memoriam. Ipsi enim debet Ecclesia Lettica Ex-  
 positionem in Evangelia Dominicalia et festinalia, Christi  
 quoq; senatoris Passionem; Librum seu Enchiridion psalmorum

in istam linguam transfusorum. Qui quoque ut exteris prodesset, Dictionarium Letticarum vocum consignavit, quod Lettus dicitur.

Magnam intercessisse Maucellium inter et Virginium controversiam narravit mihi Pro Cancellarius Reverendissimus.

### III. HENRICUS HEINIUS

Juris Utriusque Doctus Rostochio - illegalopolitanus: unde evocatus ad Professionem juris: in qua statione ad ultima Academiae permansit. Stiernhielmi, acta Docent, fuisse in pluribus antagonistam celebrem. Vir prudens et rebus gerendis promptus, moderati ingenii et pacis amantissimus; plurimis et difficillimis, Academiae publico nomine in Regnum, uti locuti sum, legationibus ad Regiam et proceres defunctus: Tum pro Cancellariis impetrandis, tum Privilegiis ~~in~~ confirmandis, immunitatibusque pro Orphanis et viduis Professorum obtinendis. unde longe maxima ejus viri in Academicam societatem existere merita. Quam vel in informando sedulus vel felix fuerit, quamvis non dubium etiam illa clarissime laude, investigare ~~non licet~~ tamen in tanta obscuritate non licuit. aliquas dissertationes in diversos titulos juris Romani illum scripsisse videar mihi vidisse. Id observare haec commodum: Cum duo constituti fuissent juris Professores. uterque tamen Jus Romanum publice

exposuit. donec urgente ProPancellario Klingio ut Juris Sueciani aliqua in Academiae cathedra haberetur ratio: Heinicus hic monstrandas sibi publice sumptis circa materiam de successibus ab intestato ex jure Communi, Juris Suedici et Livonici diversi differentias. Metimur hic Academiae Dorpatensis, Mosco illam invadente, Rector fuit. Quorsum inde evaserit, vel an evaserit incertum est. Et [nisi me omnia fallunt] Adessor quoque Regii Dicasterii simul ac Professor erat. in plurimis, uti dicunt, Commissionibus magni ejus opera fuit.

Evagavit in Sueciam et Professor Ups. factus.

W. B. Hunc  
Krause  
nunc alius  
hunc.

[W. B. Hunc Raricum Descriptio Upsaliae à Prof. Gueberg edita 1704 vocat et Jersero-Bohemum, Acta nostra vero stolpa Pomeranum vocant.] filium. forte itaq stolpae in Pomerania antea fuerat, unde in Sueciam evocatus. vide Matriculos 1632. 23. Maji

#### IV. JOHANNES RAIC.

Medicinae Licent. [Stolpa Pomeranus] Bohemus. Professor hic Med. et Physices, sub illud tempus quo ante inaugurationem sollemnem Dorpati colligebantur Professores, [in] publicis [memoratus actis], ~~constitucionalibus~~ <sup>confistorialibus</sup> interfuit conventibus. [Et suspicione est non caret ante illud sollemnem actum <sup>ille</sup> exspiravisse] sed ante inaugurationem constat in octobr. 1632. adesse ipsi, Dorpatensi

in civitate donavit [constat] Rex Gustavus Adolphus, quas [aliquot] tribus post annis, [uti] Demontus Joh. Raic, Academiae futu-  
 Ivere reliqui Professores adferere, cum alii extra societatem ven-  
 dendas essent. Id [que] heic [observari movetur] praetereundum  
 non est: Quos quidem a Reverendissimo Baazio dici adfig-  
 natos a Rege Academiae Dorpatensi Professores Medicos; sed  
 nunquam [vero] praeter unum [hac] ad illam simul atq[ue] semel  
 accessisse certum est, uti demontus Raic susceptus nullus: sed qui  
 Mathem. superiori ille et Physices Professor constitutus et eodem  
 Anno sequenti Petrus Schomerus.

NB. Professor hic (!) Ups. Acad. unde huc vocatur vide fers.  
 Chr. ad Cohen de Profess. Ups. factus Professor Upsalensis A.  
 1627. Collega illic usus Johanne Frane celebri Botanico et Horti  
 Botanici primo inter Upsalenses instauratore.

### V. JOHANNES BÆLOR

Med. Doct. et Professor Anno 1632. 21. Aprilis Jollenni Orati-  
 one inauguratus est. Rostochiensem fuisse suspicio est. Man-  
 sit in publica hac statione donec A. 1643. 23. Febr. de dis-  
 cesseret ipsi gratularetur Academicum Consistorium. Quo autem

abiverit altissimum est silentium. Nisi Holmiam et ad aulam  
Regiam abiisse tam celebrem medicam praxi Doctorem, conjici-  
endum sit cum satis constet plures Holmiae vixisse Belovios  
ex ejus stirpe fortasse egressus. Fridericus Belov in secunda  
restauracione Medicinae apud Dorpatenses Doctor et Professor.

## VI. FRIDERICUS MENIUS.

Phil. Mag. Histori. et Antiquit. Profess. Primuz in Fac. Philosoph.  
Decanus. Locus et unde incertum, extraneum vero fuisse indubium  
est, et si conjectura adsequi quis poterit, Borussum, qui vel  
Mariaeburgi vel in confinio natus. Huic injunctum in Consisto-  
rio circa exordia Academiae res ejus scripto consignare.  
Quae sine dubio praestitit. Laboriosum enim et diligentem  
rerum scribendarum investigatorem illum fuisse alia opera  
historica docent. Vita vero ejus erat imprudens vel suspecta  
saltem; tum minus quoque illa fuisse honesta videtur, quippe  
qui exigente Virginia arrepto servatus est A. 1636. ex quo  
elapsus peregre abiit, sed rediit tamen Domum citatus.  
Tandem a Fideali Regio die 26 Jan. 1638. accusatur [in puncto  
B] criminis bigamiae. Quam litem evitaturus Menius clam

Dorpato discessisse videtur et Oesiliam aufugisse. quorum inde evaserit non constat. Illud publicum decernit Consistorium 16. Nov. 1639. Acta Meriana, quae mutila, delenda et annihilanda esse.

Inter opera ejus Chronicon parvum est Livoniae Germ. et Latin. prodromus historiae Livonicae. dedid. Gen. M. de la Thour. Conf. Acta Meriana et Catalogum Scriptorum ejus mscr (!)

Domini Belgii

VII. MICHAEL SAVONIUS

Philos. Mag. Log. et Eth. Professor. Rex Finlandiae regione Savolax illum oriundum suspicio est, cum alii ex Savolaxia orti Finnoes in Matricula Savonios sese adpellent. initio hic diligentem sese et moderatum uti: exteri collegam exhibuit, Sed mox in varias dissensiones cum singulis primo Professoribus inde cum senatu universo sive incidit sive ruebat: Litesq illae non in Consistorio modo Academico sed et Regio dicasterio, coram Cancellario Demung Regio senatu peractae sunt. Turbulentissimum enim ipsi oportet fuisse ingenium suspicax et protervum, audacia et recordia plenum suiq muneris negligentissimum. Unde [quasi] de illo senatus Academicus [apud] ad Cancellarium et Regiam

„[recte] ad hunc modum scribit A.º 1646. quod Savonius propter  
 „manifesta vitia enormes offensiones, schismata, dissensiones,  
 „factiones et propter manifesta vitia, sine dedecore et damno  
 „Academiae, tolerari non posset, cum per rectam rationem  
 „reduci ad meliora nequiverit. Inquitur itaq̄ accuratissime  
 in vitam, actionesq̄ et supinam in officio publico [ejus]  
 negligentiam Savonii; praesertim quum toto anno sine venia  
 vel Confistorii vel Cancellarii abfuturus decesserit et sic grande  
 crimen perjurii commisit agente contra illum publico nomine  
 causam hanc Holmiae Johanne Erici. Quare ab officio re-  
 motus est, [id quod domum redux Johannes Erici] jubante  
 per literas Regina Christina, quas domum redux A.º 1650. 28  
 [prodax] in Confistorio produxit legendas memoratus Physices  
 et Astronomiae Prof. Johannes Erici Strengnensis Savonii,  
 Schelenii Cralii aliorumq̄ turbatorum antagonista perstreuus;  
 in reliquos vero Professores viros bonos officio et fide  
 inclýtus.

## VIII. HENRICUS OLDENBURGIUS.

Orat. et Praef. primus Professor: quique in inauguratione prolixam dicitur recitasse orationem. [Qui] Praeclare is de publico meriturus fuisset, si vitam fata permisissent prolixiorem. Cum enim annum integrum cum mensibus aliquot vixisset ad [plures] beatas migravit mansiones in Decembri A<sup>o</sup> 1633. Cujus autem fuerit non traditum memoriae. nisi ex cognomine Oldenburgico comitatu oriundum pronunciandum sit. Quae vel inde roboratur suspicio, quod filius ejus Bremâ Oldenburgo propinqua post obitum parentis dicitur Dorpatum redisse [atq] haereditatis suae partem [e]oq[ue] tum fuisse aetate ut haereditatem suam curare potuerit.

## IX. PETRUS GOETSCHENIUS.

S. S. Theol. Licentiatus Primus antea Rector Gymnasii Revaliensis Keln p. 551. Gr. Litt. Profess. et Scholae Dorpatensis à prima ejus institutione Rector fuit. Singularem oportet hujus viri fuisse ingenii promptitudinem, eximiam eruditionis ubertatem et felicitatem, cum A<sup>o</sup> 1634. 9. Martii. Extraordinaria quoq[ue] ipsi committeretur Theolog. Professio. Tergemino itaq[ue] oneratus muneris aetatem vix diu durare potuit laborum semet

frangens ipsum viresq; exhaustiens pertinacia. Anno enim 1636. d. 28. Martii, docent aeta parentales in ipsius memoriam constitutus fuisse dies. Letticae hunc atq; Gothonicae linguae in Schola puerorum habuisse sub se Magistros, qui juventutem eas linguas docerent Aeta docent.

### X. JOACHIMUS WARNERUS

Haereditarius in Sorā. Mathem. inferior. Professor et circa inaugurationis initia Secretarii functus [est] munere, quo se publice A. 1633. in Nov. abdicavit. Mansit aliquandiu in hac Statione, quamvis non suae Professionis Magister aut imperitus aut incelebris ob intempestivum tamen mercimoniae studium non per omnia apud collegas bene audiebat. [Post] Is salarii sine dubio geminandi gratia senatu Academico iussio, Consul civitatis Dorpatensis electus et constitutus est. Et aliquandiu utroque, non sine juventutis dispendio officio defungi visus est. quamvis plus curiae mercibusq; tractandis quam Academiae et Scholae daret; de qua re conquesti apud Cancellarium Philippum Scheiding Rector et Professores in Nov. A. 1634. atq; si illo iubente Professione decedens, Consulatum retinuit, in qua consemuit.

## XI. JOACHIMUS WEIDLING.

Ling. Orient. Prof. Revalia vocatus, ubi controversia ipsi cum Revaliensi ministerio, ob quam aliquandiu dilata ad Academiam vocatio, donec de vita et eruditione plenius constaret, die 15. April. A<sup>o</sup> 1632. publicè inauguratus est. Non diu post ~~finem~~ instaurationem Academiae Dorpati perst. esse videtur. Exacerbatus primo quod Auditoribus destitueretur: studiosis (in) coram Consistorio culpam in Professore transferentibus, quod obscure et negligenter suam tractaret lectionem: Nulla cum ipsis Dictata communicaret: Analysin Grammaticam non doceret. Unde D<sup>r</sup> Virginus Rector Mag. Weidlingium arguebat vel non idoneum satis vel invidum Praeceptorem: ~~in~~ acerbius itaq; verbis Rect. Magi. excepit Weidling, quam ob rem re et corpore arrestatur 1633. 15. Julii sed seq. 18. proprio ausu ex arresto discessit Revaliamq; petiit, nec postea rediit aut munus repetit, sed A<sup>o</sup> seq. 1634. 27 febr. in Weidlingii locum Orient. Profess. nominatus Joachimus Movius et salarium Matthiae in ~~in~~ mortuusq; fuit A<sup>o</sup> 1636. Post ~~in~~ sedecim tandem annos exigit relicta Weidlingi quae tum ~~alio~~ sacerdoti Goffhenio imperat, salarium integri anni

ex Academia. Quum. in hunc modum commendat Cancell. B. Skytte  
 „Kal. Nov. 1650. Cum constet beatissimum Magistrum Weidlingium officio  
 „suo laudabiliter defunctum, statuto salario defraudari non debet.

## XII. P&TRUS SCHOMERUS

Uppalia Suecus Phil. Mag., Astronom. ord. et Phys. Extraordinar.  
 Profess. à Prolege Loooniae F. Skytte literis Holmiae datis 8 Junii  
 1633. constituitur. Atque sequenti mox 22. Julii juramento  
 praestito per sollemnem orationem ad publicum docendi  
 munus introducitur. Multa cum laude hanc [sustinuit  
 Profess.] exornavit spartam, donec successor Domini super-  
intendentis Mancelii, ut Theologus alter fieret, in Consistorio  
 nominaretur [ac crearetur, licet nominati cum Schomero] simul  
 cum M. Dunte celebri illo Caspita Nevalienfi M. Dolmanno  
 Rigensi Ecclesiaste et Gymn[as]i [rectore] et inspectore et Hen. Vulpio,  
 25. Apr. A. 1639. Virginis, tamen urgente 9 Maj. ~~eliget~~ solus eligitur  
 Schomerus, eiq[ue] simul imponitur ut gradum Doctoratus adeat  
 Scripta itaq[ue] proluxa et eruditissima Dissertatione De Libero  
Arbitrio, Dei Angelorum et Hominum. sub praesidio D. Vir-  
 ginii 25 Septembr. Licentiatus Theol. renunciatur, et Profess.  
 Theol. in Jan. A. 1640. introducitur. Anno [sequenti] eodem  
 [Legatus] Academiae nomine in Sueciam abit ad publica

aliqua negotia procuranda. Duo cum accessisset [Lampius]
 ulterius non rediit; [sed] magno sui desiderio apud Collegas
 relicto id quod D. Below ea tempestate Rect. M. declaravit
 literis 6. Maj. 1641 ad Schomerum scriptis: in hunc modum:

„Cum, quod Deo Trinuni ferimus acceptum, charitas Dn. Collegae  
 „erga Collegas sit singularis, quam cum concordia ad communem  
 „Reip. nostrae literariae utilitatem fuisse [relatam] directam  
 „novimus: hinc, licet jam ante annum à nobis in inelytam  
 „patriam suam peregrè iverit; tamen idem est vobis absens,  
 „qui praesens: eademq. benevolentia, quae quondam erga  
 „nobiscum viventem, jam peregrinantem grata memoria et  
 „collegiali pietate ac affectu aliter, fovetur ac confer-  
 „vatur. Et proinde absentis desiderio, magis magisq. iden-  
 „tidem movemur. et quae sequuntur. Quibus respondet Schomerus

28. sept. eodem anno quod designatus sit Theol. Profess. in
 illustri Gymnasio Stockholmenfi et primarius Adjeff. Confist. Ecclae.

„atq. Pastor Ecclesiae Ridderholmenfis; atq. sic officio suo renun-  
 „ciat, gratias Dorpatensibus Patribus agens pro omni amore  
 „collegiali, benevolentia, beneficiis aliisq. charitatis officiis,  
 „simulq. testimonium vitae et doctrinae expetit: Schomerus

inde voster non diu [hic] in isto Gymnasio permansit ante-  
 quam Theol. Profess. Upsaliae constitueretur 1648. Unde post.

instum Dioecesi Calmariceni datus est Episcopus, si qual  
 praecellentis ingenii sui monumenta reliquerit, ad  
 nostras non pervenere manus: Nisi sermones aliquot  
 in Patria lingua ferebres in exsequiis Virorum illust-  
 rium. Suavissimi dicitur fuisse vir ingenii et Episcopus suae  
 Dioeceseos charissimus

NB Anno 1648 Praesente Regina Christina d. 26. Januarii Doctor  
 Theologiae simul cum Johanne Staleno superint. Gen. Livoniae  
 ac ProPancell. Dorpatensi Laurentio Stiggelio postmodum  
 Archiepiscopo Upsal. Erico Brunnio postea Episcopo Strenguenfi.  
 Erico Brunnio Episc. postmo Gothoburgensi et Carolo Lithuan  
 Episcopo postm. Strenguenfi renunciatus est ab Archiepiscopo  
 temporis Joh. Senacis.

taicantur { eodem anno A. 1634. S. Theol. Extraordin. Professor creatus.  
 Licentiam quoque in Theol. Dorpati consecutus est, [ubi se vocat in  
 libro Decanat. 1639. post quem annum isto in libro non comparat,  
 sed Anno 1643.] Professorem eandem habuit Magister Johannes  
 Erici Strenguenfis Prof. Astronom. et tum Decanus Philosophiae

## XIII. LAURENTIUS LUDINIUS.

Juris Utriusque Doctus et Poeta Caesareus. Professor primum Gryphwaldensis, à qua statione ad geminam Professionem in Acad. Combeccana sustinendam Juris et Eloquentiae utriusq; d. 10. Maj. 1634. literis confirmatus Dn. Joh. Skyttes senioris in oratoria Profess. succedens Oldenburgio in sept. Gryphwaldia 1635 discessit, et 23 Martij A. 1636 jaramento deposito Prof. utroq; instructus est: Duobus itaq; Professoribus functus est donec [huic demum] Oratoriae ac Poeseos rennuciare jubetur à Regina Christina 8 Nov. 1648. commisso ei in istum locum Bibliothecarii officio, ut earatione ad scribendum plus temporis et otii consequeretur. Sed quia per quadriennium integrum Oratoria vacaret Professio, non passus vir Musis et literis promovendis invicto studio semper incumbens, juventutem magistro destitutam, tam necessaria Professione carere. Itaq; quamvis salarii nihil ipsi numeratum, pro virili tamen, magna cum sui ad posteritatem diligentiaeq; gloria: [~~Auctores~~] Bonos auctores et Poetas studiosae juventuti, [maxima] summa cum eorum utilitate interpretatus est. Tantumq; laboris pertinacia vires corporis animiq; fregit ut cum viri sexagenarius esset, non tam senio quam laboribus exhaustus, lecto decumbere viribus omnibus spoliatus cogeretur. Bibliothecae cura commissa [Erfweringio] Virginio et O. Wepionio. Obiit is Dorpati 1654. aetatis

aetate 62. Philologus sane eximius, qui in juventute Apollineam  
 meruit lauream. Pluribus carminibus inclaruit, et quotannis fere  
 [orationes] plures metricas Orationes habuit, ut versus fundere visus  
 sit. Stylus ejus, si quid recte iudicio ad Poeticum minus accedit  
 genium [videtur]: ut quae ipsi juvenes [docendi] <sup>oratores exercendi;</sup> (methodus fuit,  
 Scholam magis quam Latincem sapuit. Ipse quando literas aut  
 programmata scriberet, elegantiore dicendi genere [defunctus] usus  
 est, [et semper quibus] scriptisq; ejus gratiam non tam splendore  
 reuultus quam probitas, modestia et perspicuitas conciliabant.  
 Plura ejus tum eruditionis tum diligentiae adhuc super-  
 sunt ingenii monumenta ut in Reg. Christianam plura car-  
 mina et orationes, in obitum Gust. Adolphi, cujus memoriam orati-  
 onē recollere quotannis Dorpati receptum usu fuit, ea die  
 qua ad Lutzenam gloriosa morte occubuit. Mortuus hoc me-  
 „ ruit à posteris elogium: Laurentius Ludenius obiit Dorpati  
 „ 1654. aetatis 62. Poeta Laureatus: Philologus eximius Professor  
 „ Laudatiffimus et Laboriosissimus. Quietam huic viro fuisse  
 industriam acta docent, et ab inveterata isti collegio rifandi  
 turpitudine alienissimo animo. Unde cum colligenda in  
 rebus controversis suffragia: mitiora et moratiora ejus  
 deprehenduntur iudicia. Cum nemine in gratiam redisse videtur.

Et quamvis juris ipse peritissimus laticulas tamen et controversias maxime exagus est: plus Themidi et humanitati quam eridi litans. Omnibus itaq; percharus vixit, auguriumq; Magni Skythii implevit, qui cum literis suis Ludenium „Professorem primum vocaret, judicavit Dorpatensem Academiam splendore et praefidio praeclarorum virorum „inlustrari si ad illam accedere voluerit noster, aliisque „ejus Collega.

#### XIV. JOACHIMUS MOVIVS

Luis et unde hic fuerit reperire non licet; in Weidlingii desertoris locum nominatur in senatu Academ. ad Orientales docendas literas 27. Febr. 1634. Confirmatusq; Professor ab Illustr. Joh. Skytte 10. Maji. Anno Eodem. An vero Dorpatum venerit unquam, dubium valde, et si illuc venerit brevissimo superfuit tempore. Ut illud credam potius, Embeccas sic nunquam salutasse Movium Musas, ~~forte~~ indicio mihi est non contemnendo, quod A. 1636. cum 28. Octobr. Salomon Matthiae nominaretur ut Orientalium susceperet Professionem fieri id dicitur non in locum Movii, sed in locum beatae memoriae Weidlingii.

Traiculus } Prof. Orient. 27. febr. A. 1634. et confirmatur inde per literas  
 Joh. Schythes 10. Maji. An Dorpatum unquam venerit valde  
 dubito cum A. 1636 ~~17~~ 25 Octobr. quando Salomon Matthiae  
 ex commendatione Cancellarii Phil. Scheidingi nominaretur  
 Prof. Orient. in senatu Academ. dicitur illud fieri in locum b.  
 fm. Weidlingii.

### XV. SALOMON MATTHIAE.

Inscriptus Matriculae Studioforum Dorpat. 4. Aug. 1634. Wittember-  
 gensis Saxonem sese illic ut in aliis locis nominat, Philosophiae  
 Mag. à Fac. Ph. Decano M. Schomero Orient. Profess. nominatur  
 hic postea simul cum M. Enrico Gab. Comparagio Episcopo postuatum  
 Strengnensi, die 28 Martii 1636. sed quia [literis] Dn. Ph. Scheidin-  
 gii, Cancellarii locum tum sustinentis, commendatione iteratur  
 M. Salomon: ipsum solum nominat senatus Academicus juxta id  
 edicens: se id tunc concedere petitioni Cancellarii, ita tamen  
ne in exemplum traheretur. Confirmationem muneris Professorii  
 [obtinuit] per literas memorati Scheidingii obtinet ~~17~~ Id. 10. Decemb.  
 1636. et 18. Jan. a. seq. praevio iurejurando investitur sollempniter.  
 Vacantem tum per obitum Goetfchenii Graec. literarum Pro-  
 fessionem, Salomoni suo simul committunt Academici Patres  
 A. 1634. quum non ~~non~~ Graecarum minus quam Orientalium

insignis viro esset peritia. Dorpatensis praeterea ad Deum Joh-  
 annem Beeleſia, ut ſibi ordinarius Paſtor eſſet A. 1639 vocavit.  
 Sed cum tot difficillimis ſe vix ſufficere laboris cerneret  
 [cum] quia viribus et valetudine ceteroque valeret minus,  
 Revaliam [cum] quia vocaretur A. 1640 ad Paſtoratum quen-  
 dam<sup>x)</sup> urbis, ordinariae ſuae Orient. Org. l. renunciat Pro-  
 feſſioni. Ceterum cum ex fide, induſtria et eruditione huius  
 viri inſignem non uſum modo ſed ſplendorem naetae et ex-  
 pectae fuiſſent Dorpatenſes Comoenae, multis illum nominibus,  
 ut apud ſe ulterius maneret, exorant. Conceſſit id precibus  
 Collegarum noſter, ut promitteret ſe Dorpati manſurum, ſi  
 Conciliarius honeſtam à Revalienſi ſenatu dimiſſionem ipſi  
 impetraverit. Haec itaq; in loco et cum abitu ad meliorem  
 ſpartam Schomeri, Theologica vacaret Profeſſio, A. 1642. ſecundus  
 Deſignatur Theologus: atqui cum infirmitate corporis laboraret  
 plurimum, Theologica renunciare voluit muni 25 Octobr.  
 1645. cum adverſa ſimul ſaepe urgeretur valetudine: con-  
 tentum ſe eſſe dicens Paſtoratu urbis, qui tot labores  
 non expoſceret. Ceterum à ſe ſuis illum dimittere volentibus  
 permaſit ad Annum 1650. quo Primarius Paſtor Narvenſis  
 ad finem Anni electus eſt: Ad quam provinciam capeſſendam  
 abiturus ſequeſ a ſenatu Academicos obtinuit teſtimonium:

x) ad aedem S. Olai

quod integrum hic descriptum est ut facilius de illius viri  
 summa modestia sedulitate, infirmitatis studio et fide in Collegas  
 officio et amore, munerisq; rectitudine et integritate con-  
 stare posteris possit. Manu uti videtur scriptum est et  
 „stylo Du. Ludeni. Hebraeae et Graecae linguae notitiam  
 „merito magni facimus. Et enim Hebraea lingua est et dicitur  
 „sancta. Siquidem fundamenta verae Sanctitatis, id est salu-  
 „tis nostrae, haec comprehensa sunt lingua, qua locutus est  
 „ad Patres et prophetas ipse dei filius, qui cum Patre et  
 „Sp. Sancto, solus est Terfanctus, ut illum ~~beata~~ Seraphia  
 „agmina proclamant Esaias 6. Graeca lingua non modo co-  
 „pio siffirma, siquidem ut Poeta inquit: Graecis ingenium  
 „Graecis dedit ore rotundo ~ Musa loqui. Verum tamen Novi  
 „Testamenti doctrina <sup>et</sup> magnalium Dei depraedicatio, Graeca  
 „lingua per Evangelistas et Apostolos descripta sunt; et  
 „velut immortalitati apud nos consecrantur. Linguis istis  
 „S. Biblia deveranda S. S. Trinitatis opera, creationem, redem-  
 „tionem et sanctificationem nec non alia salutem generis  
 „humani concernentia beneficia decantant atq; depraediciant.  
 „Linguarum harum ut et saerarum literarum notitia cum

„egregie excelleret clarissimus et Excellentissimus tum tem-  
 „poris Vir-juvenis Dn. Mag. Mag. SALOMON MATTHIÆ.  
 „Wittebergenfis Saxo; Deo annuente ad instantiam Mag-  
 „nifici Rectoris, totiusq; senatus Academici ab Illustri et  
 „Generosissimo Domino Dno PHILIPPO SCHÖDINGIO Domino  
 „in Ornö et Schedevij S.S. Reg. Maj. et Regnorum Sueciae ac Gothiae  
 „senatore et Universitatis hujus Cancellario Magnificentissimo etc.  
 „in Professore Hebraeae Linguae A. Christi 1636. vocatus et deinde  
 „solleniter introductus est. Cum in officio diligentiam suam pro-  
 „baret omnibus, et vacare coepisset Gr. l. Professio, servato electionis,  
 „nominacionis et legitimae vocacionis ordine in Professore  
 „linguae Gr. anno sequente 1634. una receptus est Utilitates  
 „linguarum eximias cum Dn. studiosi experiendo cognoscerent  
 „non modo juniores eas magnificerunt; verum tamen in provec-  
 „tore qui fuerunt aetate, linguarum harum juvenitate  
 „permoti, ad exemplum patris seculi, jam cum divo Hiero-  
 „nymo Hebraeas, jam cum Cicero Graecas addiscere coeperunt.  
 „Et hac ratione cum in Hebraea et Graeca lingua, in qua  
 „primitus descripta sunt à Dn. studiosis legerentur Biblia;  
 „in profundis sermonibus pie et solenter se exeruerunt, ut  
 „recte secare possent verbum veritatis. Et cum in clarissimo

„Dn. collega nostris excelleret scientia frugalis et sobria conjuncta cum  
 „docendi dono, quo felicitates ingenii cum aliis communicare potuit;  
 „Germanica Ecclesia, quae hic Dorpati ad D. Johannis Christocol-  
 „ligitur, A° 1637. non modo in ordinarium Pastorem eum legitime  
 „vocavit, sed et Regia haec Universitas apud Magnificentissimum  
 „Dn. Cancellarium Acad. hoc egit ut in Professore S. Theol. ordina-  
 „rium 1642. vocaretur. ~~Ad~~ Admod. Rev. et clarissimi Dn. Professoris  
 „S. S. Theol. pia et luculenta interpretatio S. Scripturae profuit studiosae  
 „juventuti, et quod vult D. Apostolus Paulus Verbum Dei in nos  
 „habuit in omni sapientia. Fuerunt interpretatioes ex Hebraeis  
 „et Graecis fontibus, verae fidei analogae, et sanorum verborum  
 „hypotyposes continuerunt. Sacram scripturam jam brevi exegesi  
 „illustravit, jam commentariis et homilis copiose explicavit, jam  
 „certa methodo ad locos communes reduxit; jam apologetica  
 „ad repellendos Haereticorum errores publice professus est;  
 „jam Paraenetica ad multorum salutem proposuit. Scientiae  
 „condimentum pia fuit conscientia, qua Adm. Rev. Dn. Magister  
 „fuit Dei timens, ac proinde laboriosus in vocatione, candidus  
 „et fidelis in institutione, mansuetus in correctione. Cum  
 „omnibus esset in precio ac honore et toti Reip. literariae  
 „plurimum profuturus aestimaretur in Magnificum Dn. Rec-  
 „torem Academiae A° 1638. Item A° 1644. ut et a. 1650. adeoq

„tribus diverfis viribus est electus et illustri ceremonia confirmatus.  
 „Omnia ad gloriam Dei et ad Ecclesiae aedificationem, ea, qua  
 „debet, fide, solerter contulit. Et nihil magis huic Academiae  
 „in votis fuisse, quam ut Adm. Rev. Clarissimus et Excellentiss.  
 „Du. Mag. Salomon Matthiae S.S. Theol. Prof. ordinarius et ad D.  
 „Johannis Pastor vigilantissimus usq. ad extremum vitae hujus  
 „mortalis habitum nobiscum mansisset. Verum <sup>ter OM</sup> ~~ter OM~~ Matthiae  
 „ita disponente, cum inclyti Du. Patres Resp. Narvensis iussi  
 „vocatoriis eundem in primarium Ecclesiae Germanicae pastorem  
 „vocasset; ipse vocatori ut divinitus acceptae pie annisset,  
 „<sup>volentes</sup> ~~intentes~~ volentes in discessum consentire iussi sumus. Commem-  
 „bant unde Sectorsi virum de Ecclesia Christi deq. Rep. literaria  
 „optime meritum. d. 23. Dec. 1657. Hoc praeclarum eruditionis et  
 „vitae Salomonianae testimonium ne inter reliquas farragines,  
 „sporum et ludibrium tenearum latitaret, integrum  
 „exferbere placuit; tum ut de experta viri constaret virtute,  
 „tum de recta istius seculi Theologorum eruditorum atq. ge-  
 „nerum aestimatione constaret. Nondum enim ita  
 „ordo nostris evulserat (ut cum Normanno loquar :) nondum  
 „ita bonarum artium inopes, ita barbari habebamur, ut  
 „nihil praeter ineptos quosdam et inperitos terminos et  
 „inutiles ac spinosus distinctiunculas didicisse crederemur:

„non sum inter terribilamenta delicati seculi et modestiora et  
 „per sands Tragicos nulla toga nostra et hispida et cynica barba  
 computabantur. Nondum pii et cordati Theologi, qui magno et irre-  
 prehendo animi ardore ad profligandas haereses et profanas athe-  
 orum in Ecclesiam Dei inruptiones incumbunt, tanquam sancti  
 zelotae in proscenium et ludibrium fanaticae cohortis impetra-  
 ducebantur. Quamdiu civitatis Pastor esset noster antequam Dio-  
 ceses Narvensis ipsi committeretur non liquet: in ejus administra-  
 tione pro reliqua rectitudine non dubium magno cum usu Ecclesiae,  
 illum ad ultima permanisse

An vir eruditus aliqua publica alia sui ingenii, pieta-  
 tisq; monumenta typis divulgata reliquerit parum constat. Pre-  
 cationis quasdam formulas illum edidisse meminimus narrasse beatae  
 Mem. Nicolaum Bergium S. Th. Doctorem et hujus Acad. Pro Can-  
 cellarium uti Livoniae Superintendentem: in quibus fuisse quae-  
 dam observatum quae ad curacionem desiderabant majorem.  
 Paucos Narvae cum [Pastor et ] fuisset annos peste illa loca  
 contagiosa infecta sunt, quod evitaturus periculum Subecam  
 per mare abiit tot animarum pastor, subsistente vero peste  
 rediit, sed eo non affectu receptus quibus demissus desideris,  
 paucissimis superstitis amissis, usq; ad Ann. 1662.  
 filius Kengelberthus Matthiae Praepos. in Molo schowitz.

Taieni.

{ 18 Jan. 1634 - juramento Professorio praestito investitur 26. Jan. Ex-  
 traordinaria Graec. lit. Profess. ipsi committitur demostuo Goetshen'o.

Et uti videtur S. S. Theol. Prof. Ordinar. in loco Mancelii. in qua statione quousque permanserit incertum] ter Rect. gessit, et ultimo A: 1649. itq 1650, Superintendens postea Narvensis factus

A: 1642. in Fac. Theol. locum Schomeri abitu vacuum. A: 650. 23

[abit] testimonium Acad. impetivit Factus Pastor Primarius Ecclesiae German. Narvensi. in cuius locum nominatur Mag. Nicolaus Nyropensis  
 { Prof. Log. ~~Ab~~ensis Tandem Superintend. Narvensis

### XVI. MICHAEL WOLLIN.

Magister filiorum Regi senatoris Laur Sparrii à Proceribus commendatur senatui Academico ut defugae Menio hist. antea Professore sufficiatur Hist. et Politices ordinarius professor, itaq unanimi consensu Patrum Acad. 15. Febr. A: 1639 eligitur [et confirmatorias obtinet interea à Regina Christina facultates] <sup>(1)</sup> sed quia gradum in Philosophia non haberet, orat proceres Senatus Academ. ut Upsaliae honores Philosophicos adiret. Obtinet interea confirmatorias Wollin sed in super veniam à Regina Christina ad externos abeundi. Et vacavit ita per aliquot annos Professio quam vis aegre id ferrent Patres Academici, saepius vel de Wollino revocando vel alio substituendo cum Cancellario Scheding „agentes: qui semper illud retulere responsi speciale impetrasse „Wollinum privilegium, [hunc autem nunquam Dorpatum accessisse

„certum est] neg posse Cancellarium in ea re Regiam mutare voluntatem uti litera Senat. 2 Octobr. 1642. Hunc tamen Wollin Dorpatum nunquam [ad]esse] accessisse vel inde [certum] manifestum est, quod Dn. Sandhagen A. sequenti 1643. in Jan. Professor Historiarum creatus ~~est~~ sit.

Täiemi<sup>us</sup> } ex aula Laurentii Sparrii, ubi Praeceptor filiorum ejus fuit ad Historiarum professionem vocatum et ordinatum fuisse à Tutoribus Regni A. 1639. docent Literae ejusdem L. Sparrii ad Senatum Academ. Rōpingae in Succiae datae 16 Octobr. A. 1639. qui simul Regias confirmatorias literas transmisit. Antea nominatus à Consist. Acad. d. 13. Febr. 1639. Et si conjectando quid adsequi [posset] licet in locum Frid. Menii is successerat. vacat ejus causa Professio ad Annum 1643. Quo Sandhagen Prof. Hist. constituitur. Peculiari Reg. ~~Christi~~ Christi. cum privilegio ad externos enim abiit an redierit incertum.

## XVII. JOHANNES ERICI STRENGNENSIS

~~Phil.~~ phi. mag. commendatitias hie ad Senatum Acad. Paulini Episcopi Strengnensis adtulit, quas [non potui non] hie describi non ingratum [fuit frequenter] erit tum propter inscriptionum singularum ejus epistolae tum quia [ad] sollicitiam nostri inde „constare putem: Incipiunt vero literae ita: Laurentius

„Paulinus Gothus S.S. Th. et Philae Doctor, Dei gratia Episcopus  
 „Strengnenfis ~~etc.~~ Et consistoriales ibidem Venerando Senatui  
 „Acad. Dorpatensi salutem. Reverent. et Excell: V. V. notam  
 „testatumq; facimus harum exhibitorum Dn. Johannem Erici  
 „Strengnensem, qui a puero hic Strengnesii in nostro nutritus  
 „collegio, ad illam eruditionem felici cursu adseendit, ut  
 „facile omnium animos de se optimam spem ut conciperent,  
 „sibi conciliaverit, ut et laudandam in discipulo obedi-  
 „entiam praeceptoribus probaverit, in Lixoniam vestram  
 „instituisse, ut studiorum suorum cursum utili peregrinationis  
 „exercitio, quo bonarum rerum experientiam nactus patriae  
 „subserviret usibus feliciter ampliaret. ~~etc.~~ sine <sup>die</sup> ~~data~~ quidem  
 et consulo datae literae, inter Annum tamen 1632. et 1636.  
 datas oportet, cum Paulinus dicto anno 1636 Upsaliam  
 Archiepiscopus abiverit. Destinanti huicq; Schomero in Pro-  
 fessione Mathematicum successores, primum quidam Riccius  
 peregrinus, et Mag. Steinius Upsalensis; sed quia neuter  
 eorum huc venire vellet Mag. Johanni Erici dantur  
 suffragia Patrum 14 Maji 1641. adeundi dictam provinciam,

quam solenni ritu modoq; publice cepisset 7. Octobr. a. e.  
 Demandato hoc munere ita perfunctus videtur Streng-  
 nensis, ut nec [industriam et solertiam aut diligentiam et  
 prompt] eruditionem nec servienti musis promptitudinem  
 desideraverint studiosi discipuli, neq; fidem et officia  
 mutua collegae, quamdiu amicos uti voluerint. ignea  
 enim ingenii vi oportet fuisse hominem qui multis  
 negotiis occupatissimus, omnibus satisfecit. Adliferunt ad  
 hunc lapidem, quae fuerunt in hac societate turbulenta  
 ingenia, nec sine ultimo damno suo Savonii, Crellii,  
 Schelenii aliaque. publici enim [quantum constat] amans  
 rectiq; tenax quin fuerit, acta denegare nequeunt, quippe  
 quae docent in [valde] flagrantissimis turbis Academicis pro-  
 diisse hominem in medium, et cum Rectoratum deponeret,  
 pro lixa oratione differuisse de causis Decrementi Aca-  
 demiae Dorpaticae. Unde manifestum hunc virum [praestan-  
 tissimum] id egisse ut liberata suis malis Academia pri-  
 tino suo redderetur vitori, a quo per tantillum temporis,  
 quorundam pessimorum ingeniorum vitio deflexerat. Interea  
 nihil non egit hic Strengnensis ut in sua professione

desset nihil; Legendo enim et disputando diligentissimum  
 fuisse tot editae eruditae dissertationes tum Physicae tum  
 Mathematicae ~~de~~ ] fidem faciunt. Novennium erat cum  
 Philosophicae huic ordinariae Professioni, extraordinariam  
 Juris adjiceret S. Regia Majestas literis Holmiae datis  
 16 Julii A. 1650. [Interea quoque] Aliis ~~locis~~ praeterea va-  
 cantibus Professionibus publice docendo intervenit, uti ab-  
 sente per annum Savonio Prof. Logices, testimonio id  
 Staleni Pro Cancellarii 1650. [Tum quoque] Quaesturam quoque  
 diu gessit, ob quam quoque ultimo die ipsi a Virginio et  
 Schelenio mota, quam magna confidentia disjecit noster.  
 Interea ob praeclara in Remp. literariam merita, Nobili-  
 um ordini à S. Reg. Majestate adscriptus est [noster],  
 concessis insigniis et ornamentis equestri ordini, et  
 novam functionem Judicis per Ingriam territorialis  
 [insuper Quam consecratus] exornatus dictus est Johan-  
 nes Sternstrahl. Ordinaria in Fac. Phil. Professione  
 propositum ipsi fuit [resignare] abdicare, id quod  
 indicavit senatus Acad. 3 Apr. A. 1654. Ceterum cum [inde]  
 mox vacare coepisset [locus in facult.] demortuo Ludenio  
 Juridica Professio, in ejus locum transcriptus est noster

die 16 Decembr. 1654. Remittentibus licet Schelemio et Virginio,  
 ea tempestate adversariis, destinantibus illud numerus Vaxi-  
 onio, cui quoque vocatorias literas procurarunt à Senatu Aca-  
 demico. Lucidet heic Academiae Bellum Muscoviticum:  
 Quorsum noster petierit parum constat, id vero certum:  
 [aliqua] ~~compositus~~ compositis iterum rebus Adhessorem  
 hunc nostrum factum Regi Dicafterii Dorpatensis et tandem  
 vice Praesidem: in quo tandem exspiravit. Quae hujus viri  
 erudita monumenta edita dum professor esset, eorum nume-  
 rum quidem inire heic non licet — cum ad nostras manus  
 pervenerint oppido pauca. Unum est laude sua non de-  
 fraudandum, quo in Aristotelis librum de Anima eru-  
 dite commentatus est. Quid? quod, cum totus Professorius  
 ordo turpiter apud Gen. Sub. Horn qui absentis Cancellarii  
 vices gerebat ex mandato Reg. Christianae, negligentiae supinae  
 in docendo delatus esset, ita sese tum tuetur Johannes noster  
 „16 Martij 1654. Non puto apud Perillustrem Dn. Generalem  
 „nomen omnium Dnn. Professorum esse delatum neque existimo  
 „Dn. Comitem in suis literis intelligere omnes Dn. Professores,  
 „sed forsan unum vel alterum, qui multis annis officium

„Professorium, quoad utramque partem neglexerunt. Illi ergo  
 „pro se respondeant atq; sic et speciali et proprio non  
 „faciunt quid commune. Ego facile pro me respondebo,  
 „et si opus fuerit non solum varia exercitia Academica  
 „Disputationes 172. typis excusas ac publicè habitas, verum  
 „tamen etiam sacratiss. Reg. Maj.<sup>ties</sup> testimonium diligentiae  
 „mann Regia confirmatum exhibebo, quod omnem designa-  
 „tionem vel contestationem propriam superabit.

<sup>Excerptus</sup> Inscript. Matr. nomine Johannes Crici Suderman 24 Aug. 1636.  
 Commendatus à Paulino Epō adhuc Stregnenfi  
 Nominatur à Conf. Aca. Prof. Math. Sup. et Physf. 17 Maji 1641  
 adjecta ei Professio extraordinaria Juris 28. Aug. 1650. Propter  
 insignia merita in Acad et Kemp. inter nobiles relatatus A.  
 1652. dictus Stiernstrahl simulq; Iudex per Ingriam territo-  
 rialis. A. 1654. Dec. 16. in locum Ludenii Profess. Juris Patrii  
 renunciatus est: post ea Vice-Praefes Dicasterii Aulici Sorpa-  
 tensis. Vir videtur vividi fuisse ingenii et qui contentio-  
 nes nec movit, neq; sibi motas temere concessit; Per plures

annos reditus Academicos [eorum] sua inspectione moderatus est. Et ut res agendo promptus sic nec sequis in studio literarum, testantur plerag praeclara scripta et in hic Commentarius integer in Aristot. librum de anima

XVIII. JOHANNES GEORGII GEZELIUS,

Academiae hujus albo inscriptus d. 23. Nov. Anno 1638. in parrocchia Westmanniae Romfertuna pago Gezala natus Magisterii honores in Acad. Dorpat. meruit, et cum praeclaram suae eruditionis industriaeque spem omnibus adprobasset, communibus suffragiis Professorum in locum Mag. Salomonis Matthiae Professor Orientalium et Gr. Linguae constituitur Anno 1642. d. 20. Julii. Quo in munere mox apparuit, quanta ab hoc viro, expectare debuit Ecclesia et literaria res. Ita enim diligentia et candore suo juvenes sibi devinxit, ut esset nullus qui non ex ejus ore penderet. Expectavit et auditur Studium: plura ergo ad remp. jurandam literariam meditatus est docendi magister eruditus. primumque felici auspicio Grammaticam quandam Graecam contexit, quin nullum esse potest perfectius rudimentorum Graecanicorum compendium. perspicua brevitate multa et necessaria complectens. Cujus beneficio plurimi Graecè doctissimi evaserunt. Meruitque posterioribus temporibus in omnibus postmodum per Sueciam Scholis publicis instar

regulae Gr. l. haberi idq; merito, cum suo defectu aucta esset. Adornavit et eadem tempestate Lexicon quoddam N. Test. ad methodum Pastoris Nec inlaudato ausu ~~Comae~~ Comoenii Sammam Linguarum Graecis Musis aperire adgressus est, successu tamen si Normanno Critico acutissimo credendum minus secundo. Permanfit in statione, ea, qua coepit, proposito rectitudine, donec, uti [videtur] a vero non abludivit pertaeus esset motuum perpetuorum in illa Academia et morositatis Schelenii Collegae, qui Gezelium et Joh. Erici turpissime licet, innocentem ad Cancellarii vices fungentem Comitem Gabrielem Oxenstierna detulerat, quasi Rectori magnifico insubedientes, ~~se detinuer~~ seditiones inter studiosos excitarent et consilia sua Rectori subtraherent, quapropter gravissime [illi] Gezelium et Joh. Erici increpabat [Inest] memoratus Comes scriptis literis A. 1647. die 17. Julii. Abiit itaq; anno vel sequenti vel 1649. in Sueciam, pro alia haud dubie functione obtinenda. Ubi cum diutius commoraretur, ad illum scribunt Patres reliqui Academici, quibus iudicium rectius, in mense Novembr. rogantes ad sese redeat Gezelius; utq; certius suo Gezelio potirentur idem Cancellario tum constituto Benedicto Scrijthio aperiunt 1649. in „Novemb., significantes quam fuerit Gezelius pacis amantiſſimus, „quam et ejus opera multum profuerit studiosae juventuti in

Orientalibus studiis. sed frustra Gezelio illa dicebantur, qui cum vacaret in patria Westmannia Pastoratus Schedewienfis, illum ambit et obtinuit A. 1650. donec composito in Livonia Moschoviti bello Superintendens per Livoniam designaretur 1660. In quo cum esset sacro munere, [Doctoratum] summum in Theologia Doctoratus gradum Upsaliae, praemissa disputatione graduale, adiit, Anno 1661. Promotore Erico Odhelio S.S. Th. Prof. et Doctore Upsalensi.

Nota. sequentia Hboæ mihi misit D. Prof. Alanus descripta ex Personaliis uti dici solit.

Natus in Westmannia A.º Chr. 1615. in villa Gezala. Et Scholae Arosiensi traditus 1626. postea quoq. ibid. Gymnasio, donec ad Acad. Upsalensem veniret 1632. Magister creatus Dorpati 1638. Paulo post ibid. Extraord. Pr. mox Ordin. et inde Oriental. A.º 1643. et Profess. Theol. Extraord. simul. Eodem sibi iunxit Superint. Rigenfis filiam Gertrud Gutheimb. A.º 1645. addita ipsi functione Adfessoris in Super. Congregatorio Livonensi. Undecim cum dimidio annos hac ratione in Livonia primum vivit.

Cum Regina Christina A.º 1649. vellet Collegium aliquod Theologicum erigere à senatore quodam Regio huic muneri destinatus, utramq. professionem cum summis suis praeerogativis

cogebatur Dorpati relinquere, Holmiam petens. Regnam a. institutum  
 mutante offerebatur ipsi omnis favor Regius et alio tunc temporis  
 o vacante officio, ab Ep̄o Aboensi B. Olao Laerelio demanda-  
 batur ipsi pastoratus Schedewij in Dalecarlia A. 1650. ubi simul  
 rogantibus studiosis Collegia in Theologicis aperuit varia, quoties  
 Comitiorum Regni negotia Holmiae eum non detinebant, quod maxime  
 accidit A. 50. 54. 55. 59. 60. Ultimo hoc anno in Novembr. constitutus  
 Superintendens Gen. Livon. Proclanc. Dorpat. et Prof. sup. Confist. postq̄  
 habita prius Upsal. Disput. de peccato titulum Doctoris consecutus  
 fuisset promotore Torico Odehlio Niagam accedens Pastor simul  
 constitutus Eccles. Suec. A. 1662. Varias accepit Holmiae, quo haec  
 de ~~causa~~ <sup>cau</sup> <sup>se</sup> (c) tulerat Regias ordinantias de Restauratione Ecclesiae  
 in Livonia. A. 1664. Ep̄isc. Aboensis factus. Bis inter eos nominatus  
 qui Archi Ep̄isc. Ups. Candidati A. 1690. in Janu. Aboae obiit.

+ *zianus* { Lexicon quoq̄ in N. T. Graecae Latine Comoenii quoq̄ Januam  
 ling. Graecae transtulit. Pertinet videtur dissidiorum quae inter  
 Germanos Professores semper erant et motuum turbarum  
 Schelenii praesertim et Crellii aliam stationem tranquillioram  
 quaesisse videtur [Holmiam] Sueciam itaq̄ abiit 1649, ubi eum  
 diutius moraretur ferunt Profess. ad Cancellarium. in Nov. rogantes curet  
 ut redeat Bezelius, cum fuerit pacis amantissimus, tum quia eius

opera multum profuit studiosae juventuti in Orientalibus: (ei 1650. in  
 Octobr. succedit M. Hoffsternus:) Videtur Pastor tum factus in Schedewij  
 Westm. donec Superintendus Livoniae constitueretur hinc Episcopus  
 Aboenfis constitueretur post inruptionem Muscoviticam quae erat  
 anno 1656 et 57.

### XIX. ANDRAS SANDHEAÖEN.

Nonthausa-Thuringus inscriptus Matriculae Acad. Dorpat. 18 Janu.  
 1638. Rector primum Scholae Dorpatensis, successus M. Petro ~~Fand~~  
 Turdino, qui annum integrum scholae post obitum Poetschenii prae-  
 fuit; secretarius inde Academiae constitutus [in] loco D. Warneken.  
 demum d. 24. Januarii 1643. Professor Hist. et Polit. renunciatus  
 12 Aprilis introductus. Post biennium [5 fe Julii] resignat se ab officio  
 15. Julii 1645. Revaliam evocatus ut Ecclesiastes ibi esset futurus.  
 Uti acta docent publica, virum sui muneris diligentem et accuratum  
 fuisse constat, et pacis studiosissimum, cui reliqui tamen in fac.  
 Philos. collegae controversiam moverunt an Decanus esse posset,  
 cum gradum Magisterii in Academia non nec cepit, nec capere  
 voluerit. quare illum excluderunt à Decanatu collegae, sed  
 restitutus à Philippo Scheding eo tempore Cancellarii. Cujus  
 hoc ad Reet. Magnif. mandatum fuit, ut sub poena ducentorum  
 imperialium, intra diem octavarum in Facultatem Philosoph.  
 nostram reciperent, et remoto illo Decano, quem ipsi contra

leges et constituta Academicas praetulerunt, constituerent; nisi  
 fecerint, Magnif. Dn. Rectori esse executionem demandatam.  
 Hoc mandatum, ~~frustra~~ quod S. Julii noster ~~mihi~~ insinuavit,  
 „dicit se quidem urgere posse. Verumtamen ut viderent Collegae,  
 „ait, et [univerfus] venerandus senatus [Acad] me non perinde  
 „aliorum incommoda et offensionem, quam legitimam famae ac dig-  
 „nitatis officii defensionem quaesivisse, praesertim cum amici non  
 „nulli, quorum auctoritati plurimum tribuo, fideliter mihi sua-  
 „serint, ut bona potius cum gratia Ann. Collegarum hinc discederem,  
 „quam unius aut alterius in me odium derivarem; ipsa etiam  
 „sancti officii, ad quod diebus abhinc aliquot Revaliam vocatus  
 „sum, ratio a vindicta cupiditate vel maxime abhorreat, tum  
 „ut eo citius ac maturius Ecclesiae meum adventum aride ex-  
 „spectant, desiderium impleant; mitiorem ingressus viam, sola  
 „ac nuda hujus mandati insinuatione adquiescam, [et quae  
 „sequentur] et quidquid injuriae ac damni haecenus in me redun-  
 „davit, aequo animo feram. Abiit ita Revaliam Sandhagius, et  
 in annum 1653. ille vacuus mansit locus.

*Sciendus* { Rector primum Scholae Dorpatensis successit Goetfchenio, inde se-  
 cretarius Academiae factus loco Warnerken, demum d. 24. Janua:  
 1643. Profess. Hist. et Polit. introducitur 12. April. e. o. post


biennium [men Aug] 5 Julii A. 1645. resignat se ab officio Revaliam evocatus ut ibi Ecclesiastes esset.

{interea Revaliam vocatus Professorum evitavit contentiones.

## XX. JOACHIMUS SCHELENIUS,

Neo-Treptoâ-Pomeranus, Mag. Phil. Vacavit aliquandiu post Warnere infer. mathem. Professio, cui quendam Beringium deerevere Patres Academici successorem. Ceterum cum nec is adesset nec alius copiam sui faceret qui idoneus muneris, literas Regiomontum mittunt Dorpatenses [ut] vellent Prof. fac. Ph. cum Mathematica studia illic maximopere excolerentur, [ut] Academiae [Dorpatensi] Embecanae ~~mittere~~ juvenem Geometricae, Arithmeticae et ingeniari et militari peritum et practicum mittere. [Obtulit ergo] Dorpati 26 Sept. 1640. Otulit ergo se Schelenius liquidem Pomerania tum Caesareanorum copiis et inruptionibus devastata esset, [cum ceteroquin] et propterea Rigam adire cogeretur ut puerorum informationem susceperet, uti docent Dr. Ponichenii math. apud Regiam Profess. ad Dolmannum Ecclesiastem et Suspect Scholae Rigensem d. 31 Maji. 1641. Accessit Rigam, informationem suscepit, Professionem quoque suscepit, neque tamen per varias artes Dorpatum ante annum 1644. et mensem Januarii venit cujus mensis die 22, juramento deposito introducitur: suspensum sine dubio virum temerat

partim spes de Profess. mathematica apud Erfurdenses, partim  
 propriarum facultatum penuria: timere enim se scribit Consiſt.<sup>o</sup>  
 Acad.<sup>o</sup> Dorpat. Rigã 22. Febr. 1643. ne ſuſcepti muneris ſplendor  
obſcurior reddatur ornatu inconuenienti. Interim Mathematicis ſtudiis  
 egregie ſubactus fuit, et propterea celebri Regionontano Mathe-  
 matico Linemanno imprimis charus, unde de Scheleui eruditione  
 bene conſiciendum putat Sandhagen literis ad Conſt. Rigã ſcriptis  
 Academ. idib. ſept. 1643. Ubi ſimul hoc caractere noſtrum deſcribit,  
 „de eius eruditione quantum ad hanc profeſſionem non ambigo,  
 „quamquam non eſt homo multi ~~ſermonis~~ ſermonis aut pompæ, et  
 „quod noſtri ſolent dicere niſtjz inb' a'ng'z. Poſtquam vero Scheleuius  
 eruditione et aliis præſidiis præfertim instrumentorum mathe-  
 maticorum copia instructus probe eſſet, Dorpatum accedens Euclidis  
 primum exponere coepit Geometriam, et ſequenti anno Geodæſiam;  
 „ea induſtria eaq; diligentia ut ne taedi quid aut moleſtiae ad  
 „Auditores redundaret ex probatiſſimis auctoribus præcepta Geo-  
 „dætica et exempla brevia, facilia ac utilia extraheret ipſe  
 „met, et ne tempus dictando publicè tereretur domi deſcribenda  
 „tradidit. Tum et Tabulas Sinuum etjz una cum instrumentis neceſ-  
 „ſariis ſuppeditauit, et Schemata ſemper propria manu in ſcheda  
 „delineata ad incitandum tradidit, [nullo alio fine quam] ut ſic Mathe-

„matica studia pro virili promoveret: uti ipsemet in Protestatione sua docet ad senatum Academ. cum auditores non inveniret. Ceterum non diu erat, cum magno studio plerazq. juventus in illud studii genus incumberet, cum excitare se videret et diligentiam et peritiam sui Magistri. Omnes itaq. Matheseos inferiori partes brevi pervagatus est: Et quae publicè docuerat typis divulgavit, ut Arithmetica, fortificatoriam modernam preceptis comprehensam et schematicis illustratam, Circulum proportionalem, idque genus alia erudita scripta in usum juventutis publici juris fecit; adeq. inter illos Dorpati erat qui scripta et publica adfuitate de Rep. literaria et studiosa juventute optime merebantur. Dolendum tamen quod praestanti literis viro, mitius temperatusq. non fuerit ingenium; Quipe qui omnes Collegas, amicos, auditores et universam societatem ad contentiones, lites  et dissensiones, levissima saepius de causa provocavit. Qui nullius dissimulare injurias novit, sed stricto jure semper vindicandas, docuitq. suo exemplo verum esse illud Salomonium ne [his] velis justus nimium esse mihi: Unde optimis et [honestis] praestantissimis Collegarum non pepercit quin gravissime illos de re nauci ad Cancellarium deferret. Docentq. publica acta, non fuisse alium commotiorem, aut minutissima quaeq. secantem magis, quicq. tum cum Rector esset magnif. magna

praecipitantia et inadvertentia publicas partim tractavit partim adgressus  
 est res, unde Ludenius vir prudens et modestus iudicavit exinde ruinam  
totius Academiae fecuturam 5. Febr. 1647. eandem repetit cantilenam  
 idem Ludenius. Avertat Deus ne vel totem nostram Universitatem per-  
fundet. Quia huic viro propositum [fuisse] fuerit Professores Germanos  
 et Suecos dissipare et ~~in~~ inter utrosq; odia et dissensiones spargere,  
 [unde] parum abest quin ad credendum inducar quandoquidem in  
 quibusdam consultationibus dum Rector esset, clam convocari Ger-  
 manos fecit et pteriri per contentum Suecos, unde quum plurimum  
 turbarum et motuum: aegrè enim id ferentes Sueci Joh. Erici et Ge-  
 zelius penitus sese à publicis congressibus subdulerunt, [unde]  
 quare iterum in illos, querelis suis Cancellarii concitavit indi-  
 gnationem et objurgationes vehementissimas. Nilq; non egit  
 per omne illud tempus quo Professor erat, ut frequentissimis  
 allisionibus nunc huc illic, [sicut] quemadmodum animi turbati  
 impetus ferebat [surrender] in omnes inveniendos molestus et acerbus plerisq;  
 esset. Et non raro suis inventis perlepidus. Accidit, cum in  
 Novemb. 1654. Rector Magnificus esset, ut [simul] nuptias eo tempore  
 ipse celebraturus esset: Sceptra itaq; Academica sibi praeferenda  
 in illa Nuptiali festivitate voluit ne quid ad dignitatem muneris  
 deesset: haec enim ratione ductus utri verba ipsius habent: si in fe-

„putura Rectoris defuncti solemnia quodam ~~prosefer~~ sunt adhibenda  
 „in honorem ejusdem, forsam eodem jure vel rectius idem fiet in  
 „festivitate nuptiarum Rectoris vivi. Decevisse enim paulo ante ea  
 constat senatum Academ. ut si contingerit Rectorem Magnif.  
 mori, sceptrum funeri praeferenda essent more apud Lipsienses aliasq  
 Academias Germanorum recepto; sed irritus hic conatus Schelenii  
 fuit et magnis excidit ausis. plurimis adfessoribus, uti ex collectis  
 scripto suffragiis constat, miserrime ejus partim ambitionem partim  
 vanitatem et imprudentiam [includentibus] exagitantibus. Ad ultimam  
 Dorpati cladem in loco mansit, Revaliamq se cum reliquis, cum  
~~librum eq~~ emitterentur, petit: ubi, cum quibusdam aliis residual  
 juventuti Academiae, quae Revaliae substitit per aliquot annos  
 intersiebat, et cum adhuc speciem societatis ejusdem Academiae  
 retinerent qui aderant, novitios admitterent et id genus Decanum  
 fere perpetuo hunc Schelenium fuisse deprehendo usq ad annum  
 1665. d. 24. Aprilis. [§ quo penitus post quem diem nullum albo  
 studiosorum adscriptum deprehendimus] Revaliae illum [aliquo  
 semper ra] ad ultima sua mansisse, viduamq ejus illic substiti-  
 tisse ad An<sup>m</sup> 1688.

Opera & rudita à Schelenio edita sunt.

Circulus Proportionalis, ejusq descriptio

Arithmetica  
 Fortificatoria  
 Geometria et  
 Geodæfia Hæc Hæc Perisonea Erot. (!)

Sciendus { ~~hæc~~ ~~Fræptoa~~ ~~Pomeranus~~ Regiomonto hæc accersitus, æ longist.  
 Acad. Sorpatensis quod per Prof. Salam. Matthial fac. Phil. Regio-  
 montam rogaret id A° 1640. 26 septembri ut sibi peritum juvenem  
 rerum mathematic. hæc mitteret præsertim qui ~~in~~ ~~proximè~~  
 Mathemat. calleret ut fortificatorias et id genus. et A. 1644  
 d. 22. Jan. deposito juramento Professionem adiit: quam cum ag-  
 gressus Provinciam multa videt industria suam Spartam  
 exponavisse et literis variis editis. Inter ea Circinus est  
 Proportionalis. Et Mathesin fere integram doctissimis suis  
 lucubracionibus suis exposuit: Maximamq; fere partem  
 typis edidit: ~~[Cetera]~~ in disciplina servanda publica uti  
~~[Ad]~~ severior sic in Collegas eloquante commotior,  
 Geniumq; ~~in~~ æstuantivorem sub hoc frigidiore coelo vix  
 temperare potuisse videtur. Interim recti constans tenax  
 justus fuisse ubiq; videt. Et qui res plures tractare operose  
 studuit, suam industriam non requiri sustinens cum res  
 agenda essent, at potius res movere semper paratus. Diligens

pariter et assiduum homo non multi sermonis aut pompae.  
 Rectoratum cum gereret plura et precipitantia egit:  
 Vnde Lubenius ~~vidit~~ <sup>vidit</sup> ruinam totius Academiae. Contigit ut  
 dum Rector esset 1654. simul nuptias celebraret. Et in his  
 voluit sibi praeferi sceptrum Academicum.

A<sup>o</sup> 1642. cum Beringius vocatus non venisset, accessit, ~~quod~~ <sup>quod</sup> vis vocaretur  
 simul Professor ~~in~~ Erfurdensis. Celebri Mathem. Linemanno  
 Regiomontano percharus. [Rigae aliquo A<sup>o</sup>] Privatius per privata  
 collegia iuvandi juvent. animo Dorpatum ire constituit. Rigae  
~~aliquandiu~~ aliquandiu haesit: Et illuc cum esset Profess. Mat.  
 1643 vocatus est. Civi Rigenfi (!) operam addidit p<sup>o</sup> annum R.

{ tandem Rigae mansit pp paupertatem  
 Pamkenius

## XXI. SEBASTIANUS WIRDIG.

Phil. et Med. Doctor Rostochio vocatur ad Professionem  
 Medicam cum abitu Dn. Belovii ~~vacuam~~ per triennium in-  
 tegrum vacasset, die 25 Aprilis A<sup>o</sup> 1646. cum antea ad plures  
 alias Doctores Medic. vocatorial abissent literae sed frustra.  
 Accepit conditionem Sebastianus Wirdig, qui quia ~~seno literas~~  
 Rostochio abisset cum literae senatus Acad. Dorp. accessissent,  
 neq<sup>ue</sup> eo anno Dorpatum pervenit. In Dabiam quia excurrisset.

„uti docent literae ejus quae sic habent. Latui per hiemem  
 „in Danica, quo à nonnullis bonis viris propter saevientem  
 „quamdam febrem epidemicam vocatus, propter inclementissi-  
 „mum autem frigus et densissimam glaciem Rostochio nihil  
 „literarum potui haecenus frui. Adeptis igitur ad iter capes-  
 „sendum requisitis quamprimum me Teneri accingam vosq[ue]  
 „coram amicè salutabo: Dedit Literas Naxehoniae in  
 „Danorum Lalandia 31. Martij 1646. nec tamen ante 1648.  
 annum in concessu Professorum comparuisse [eum] comperi  
 et quidem mense Januarii Sebastianum Wirdigum. Quo  
 successu Medicae studia [eius] proreperit parum quidem  
 compertum est, virum tamen eruditissimum et Practicum  
 excellentissimum fuisse non est dubium. Testantur prius  
 exercitationes variae ab eo Medicae editae, in quibus  
 memini me vidisse et legisse de Spiritu animali quandam,  
 ad recentiore Philosophiam prorsus adcommo-datam: unde  
 mihi suspicio Carthejanis illum addictum fuisse principis;  
 Quorum post superatum ~~Dorsat~~ à Moschis Dorsatum  
 excesserit, palantes ne fecutus fuerit Revoliam Musas an  
 aliorum tenderit in obscuro est. Celebris est quoq[ue] inter  
 ejus Opera liber de Medicina Spirituum Rostochium

postea rediit ubi Professor Medic. vixit A. 1688.

Laureatus

{ Ph. et Med. Doctor Rostochio vocatus ad Prof. Med A. 1646. 25  
Aprilis in locum Meloria. Sed interea dum vocatoriae Rof-  
tochium pervenerant in Daniam vocatus erat pp febrem  
quantam Epidemiam: diu, Tag in Dania et Lalandia  
{ morasit donec A. 1647. adesset.

### XXII JOACHIMUS CAROLUS

Rugia - Pomeranus Ph. Mag. durante Schelenio Regiomonto vocatur  
ut Profess. Hist. et Polit. susciperet A. 1646. 28 Aug. Accedit  
sequenti anno in locum et inaugurali oratione introducitur  
in Novembri Anni 1647. Vir non [eruditus] indoctus Aristotelis  
amator magnus, qui [Aristotelis] ejus Philosophi scripta tanta  
assiduitate legerat ut integras paginas ordine [Phi-  
logophi] ex textu Graeco recitare potuerit. Sed [praeterea]  
inquieta profus et turbulenti ingenii homo, Schelenio per  
omnia simul, ejusq parastates, qui quoq levissima qua-  
cunq de causa querelas ad Cancell. et Vice-Can. deferret.  
plerimas vel eum singulis vel omnibus exercuit iniurias  
Collegis, Suecis praecipue: Quare nec a suis amatus  
multum. [Ultimo contentiones ipsi excitavit Disput. quaedam  
Politica] id quod declarat totus senatus Acad. literis ad

D. D. Klingium Proloc. Academ. 31. Martij A. 1650. his  
 „verbis. Dn. M. Crellius, qui toto Professionis suae tempore  
 „sedulam turbis eiendis navavit operam.... quando non  
 „ad nutum ejus fertur sententia denegatam sibi justitiam  
 „vociferatur, in aliis ad Cancellarium 3 Non. Maji 1650.  
 Crellio Schelenium jungunt. Ultimo controversiam ipsi ex-  
 citavit Joh. Erici Super. dissertationem quaedam Politicam,  
 cujus declarationem in Consistorio exhibere jussus 21.  
 Nov. 1651. Unde non parum exacerbatuſ eſt vestiſtio unus  
 resignat. Ceterum cum senatus Acad. in ejus locum ad  
 „alium mox eligendum properaret; injuriam sibi fieri  
 „[dixit] Crellius clamavit, dicendo se non pure resignasse,  
 „sed resignationem intimasse. Nominat nihilo fecius senatus  
 Academ. in locum ejus 13. Dec. 1651. Olavum Wexionium. abijt  
 inde Holmiam Crellius multa de Consistorio questus, an locum  
 invenerint querelae vix crediderim. Anno tandem 1654.  
 20. Febr. Testimonium Academiae Confist. expetit, et ho-  
 nestum ipsi dandum decernit Senatus. Hunc credo per  
 quadriennium istud plus mali exemplo docuisse quam  
 literas bonas profitendo boni. Ejus sub praesidio aliquot

probiere • Disputationes

causibus

{ Angia Pomeranus. Regionem vocatur ut Profess. Hist. et Poli. suscepit 1646. 28 Aug. curante Scheleuro ad finem Septembr. Vir videtur inquieti et turbulenti ingenii qui ~~non~~ levissima quaecumq; de causa querelas nunc ad Paol. nunc ad Cancell. detulit, parum videtur amatus à suis: plurimas inimicitias exercuit cum Collegio Suecis praecipue et tandem cum toto Senatu.

{ ~~Holmiam demum abiit et Vepator~~ }

### XXIII ERICUS HOLSTENIUS

Westmannia Suecus, matriculae Studij, insertus d. 8. Octobr. A<sup>o</sup> 1644. Dorpatis inde cum sedulo et laudabiliter operatus fuisse Magisterii abiit ad Ambecam gradus. Professoribus ille in Regiae vocacionem et confirmationem Christianae Reginae obtinet, ut Perzelio in Orient et Gr. L. Professione succederet procurante hoc sine dubio, Mag. Johanne Brici, qui circa illud tempus Holmiae erat, et cui postmodum affinitate jungetur Holstenius. Memorabile est Academicis Senatus decretum cum [insuperato Professor factus] Holstenius, ~~Et~~ voluit [vocato] Regias literas offerret: d. 26. Octobr. 1650. Concludunt Professores esse admitendum quamvis non sit

Nominatus, electus aut praesentatus. Quasi vero iuramentum inde praestitit Holstenius 11. Nov. et 12. seq. inaugurali oratione introducitur ut acta docent. Cruditum, fidelem et diligentem fuisse illum Praeceptorem constat, quig ~~ta~~ contentiones et liticulas ~~abstin~~ fugerit: Poetas et alios auctores Graecos publicè exposuit, et in Hebraicis suis non defuit. Dorpato à Moschis occupato in Sueciam rediit et Pastor Ecclesiae Hufsebj in Westmannia constitutus est, ubi consenuit et mortuus est.

#### XXIV. PETRUS LIDENIUS

Ph. Mag. Revaliae primum Scholae S. Cathedralis Aesopolitanae Rector. [qui Germanus ne an] Suecus [querit investigare potes non fui] in locum officio suo moti Saxonii communi consensu eligitur Log. et Ethices Profess. 4. Januario 1657. quomvis à Facult. Philof. eum illo nominaretz Kovicus Serbeekius.

Et vocanti senatui Academ. consensum suum testatz Lidenius  
 „litteris Revaliã scriptis 18. Janu. 1657. Quia hoc vestrum de  
 „me consultum non sine summi Praesidii Jehovah moderamine  
 „factum rear, praeclarag ista exercitia Academica umbratilibus  
 „higee scholasticis laboribus merito praeferam, meq per

„Spiritus Sancti [gratiam] auxilium professioni isti ut ut arduae  
 „non plane imparem fore sperem, honorificae vestrae vocat. uni  
 „lubentissime parere stat sententia. Illucescat saltem mihi dies  
 „ille desideratissimus, qui mihi hoc vocat.ionis meae negotium,  
 „indiquoz absolutum et ratificatum esse intinet. Professor  
 hic constituitz ad Kal. Maj. A. 1657. et introducitur eodem  
 anno; de loco vero inter Professores, cum diutius fere in  
 officio fuerit movet Scheleuo, Crellii et Holstenio, [quae] Sche-  
 leuo forte se cedere velle pronunciat 2. Octobr. 1657. Quae  
 res ad ProCancell. Dn. [Stalenum] Klingium delata est cum  
 in Consistorio decidi nequiverit: [quo] eius arbitrio, uti fit,  
 causa potioris deterior iudicata, 14. Octobr. Eiusdem anni.

[Lth] hic scriptis inclauerit [incertum], aliquas publicas  
 dissertationes suo praesidio moderatus est. Item [Ret].

Oratio Panegyrica in qua examinatuz quinta pars regionum  
 Reichardi, a Petro Saenonis Lidenio Phil. M. Scholae Reval.  
 Rect. et Consistorii Regii Adf. Ordin.

taiendus { Constituitz Lidenius [2 Octobr] Kal. Maj. A. 1657. et introducitur  
 [Kal. Maj.] 2 Octobr. eodem. Anno. de loco inter Professores contro-  
 versiam movet, Scheleuo, Crellio et Holstenio, quae decisioni  
 { ProCancellarii Klingii committitur, unde ultimum occupat Lidenius.

## XXV. GABRIEL ELVERING

Revaliensis. Matriculae Acad. Dorpat. inscriptus 4. febr. 1641. Theologicam is Professionem, abitu Mag. Salomoni Matthiae diu vacuam et Mag. Nicolao Nykopenfi Log. apud Aboens. Profess. destinatam (: quem Nykopensem puto Virginium quoq̄ ο τὰ πρῶτα  
 „Theologus, judicavit tum ob eruditiois Theologicae excellentiam,  
 „qua ~~innumeros~~ <sup>innumeros</sup> alios inscripto intervallo post se reliquit, [ire  
 „praefereendum?] tum ob vitae probitatem quam omnibus  
 „in Dorpat. Acad. prolatam debet, cuiusq̄ praefereendum d.  
 „28. Decemb. 1650. :) obtinet A. 1653. 7. Junii, Studii et commendatione Pl. Rev. Dn. Procl. Zachariae Klingii. Quae ~~hujus~~ huic  
 [viro] Elveringio aut sollicitia ingenii aut in Theologicis peritia fuerit, parum quidem posteris constare potest ex  
 iis quae ad Academiam peracta sunt ob incipientem  
 interruptionem Moschoviticam dogmatum autem non solum  
 peritia praeclarum fuisse sed Ecclesiasticarum quoq̄  
 Antiquitatum instructum fuisse, Publicae lectiones indicant.  
 Revaliam ille cum reliquis sive obiit sive ante-  
 verterat ante expugnationem Dorpatensem. Atq̄ cum colligeretur per aliquod tempus Academicae quaedam Societatis  
 imago, non Praeceptorem modo egit sed et Professore  
 publicum, Quamvis ab A. 663 Revaliensis Ecclesiae Super-

intendens creatus fuisse. In quo munere quamdiu superfuerit, quidne egerit, ulterius inquirendum est, cum spes sit tam praestantem ingenio virum, publico plurimum profuisse. Incidit tandem in controversiam, Revaliae dum Superintendens esset cum quodam Pastore Breier de peccato infantum actuali, quae reciproce diu agitata fuit, donec morte sopiretur, cuius quidam Theringius succederet.

NB: Natus est hic Kelfering Revaliensis A. 1625. d. 21. Decemb. Patre Notatissimo Viro Johanne Kelfering Haereditario <sup>in</sup> (Tula, Status Esthonicus) Secretario. Matre Anna Kerbold (!) Nobilissimi Viri Johannis Kerbold (!) Haereditarii in Tokman (!) filia. Professionem Dorpatensem obtinet 1652 et post biennium munus Bibliothecae Exsul Revaliam venit A. 1656. ubi A. 1658. Pastor ad d. Olai factus et paulo post Superintendens Ministerii Urbici, decessit A. 1670. d. 18. Julii

taicibus

{ et Professionem cepisset A. 1653. 7. Junii. simul quoque Ludensio in  
{ Praefectum Bibliothecae <sup>(na!)</sup> successor datus.

### XXVI. OLAVUS WEXLONIUS.

Aboo ubi et gener Ruprexi Aphilli Petraci factus in locum Crellii Professor Hist. et Polit. surrogatur, spartamque sibi commissam cepisset 21. Julii A. 1653. Et quia singularem omnibus et eruditionem et diligentiam adprobaerat, extraordinaria quoque ei eloquentiae committitur Professio sequenti anno 1654. Tunc quoque ~~ei~~ eloquentiae demortuo Ludensio,

vobis plurimum plurimum Juris ordinariae professioni destinatus est.  
 Huic imperat senatus Academiae 16 Decemb. A.º 1654. ut Annales Aca-  
 demiae Dorpatensis consignaret, infelici sane praesagio cum ultimis  
 sane fuis immineret. Hoc a. ab Wexionio praestitutum fuisse tanto minus  
 credimus, quanto ocius dissipata Academica illa societas. Optandum  
 tamen ut à tam praeclaro ingenio, quod tot aliis egregiis et  
 eruditis scriptis posteritatis meruit commendationem et laudem id  
 praestitisset, et [in] tantae rerum nos non hodie circumfunderet  
 [caligo] tenebrae. ~~Et hinc diligisset~~ Wexionium hinc discedentem am-  
 plexam ab ea ejusq. eruditionis, virtutisq. fructum diu persequitur.

### XXVII. GEORGIUS PÆUSSIUS

Nevadica oriundus, recepit hunc Dorpat. Acad. 11 Julii adhuc puerum  
 d. 11 Julii 1638. circa ultima Academiae Physices et Logisticae  
 Professor constitutus. ~~In deliberationem autem venit apud senatum  
 Academicum, Wexionio loco Mag. Joh. Erici Strängneusis die 16  
 Decembr. A.º 1654. hic, quia Theologicae aliquandiu parcius  
 tractata fuissent studia, Theologiae extraordinarius Professor  
 à Christina Regina constitutus. In deliberationem autem  
 venit apud senatum Academicum, Wexionio curatus illam  
 rem discutiente, an tuto praessio hic concedendus in Fac.  
 Theol. locus cum erroribus Calixti deditum esse eum suspicio~~

effet. Itaq̄ primo non admittendum putabant Patres Academici ut  
 Theol. [Professor] vel extra ordinem Professor effet: Adeo purae  
 Evangelicae religionis eos homines cum tangebatur: quid si  
 Bohemistam Poietistam aut Fanaticum deprehendissent  
 Praeffium? Hunc tandem quamvis Regia auctoritate munitum,  
 ea conditione admittendum [putabant] decernerent, ut à facult.  
 Theol. examinaretur et schisma abjuraret. Is itaq̄ 3. Febr.  
 Anno 1655. data Reet. Magnif. et toti Senatui Academicis  
 dextra promittit se pro virili veram et orthodoxam reli-  
 gionem promoturum, neq̄ sive se in quibus Calixtus crea-  
 verit. Heic v. anguis in herba. Darpatum cum vinceret  
 Revoliam repetit, et cum reliqui pestem fugissent re-  
 mansit cum trahitis sibi insignis Academicis à D. Andrea  
 Virginio: A quo tempore partim Decanus partim Pro-  
 Rector fuit in umbratione illa societate Academica, donec  
 superintendens per Livoniam constitueret Gezelio nisi  
 fallor [sic] Ab eam absentis successor datus, simulq̄ Pro-Con-  
 cellarius Academ. Darpat. futurus et Theol. Prof. honorarius  
 in restauratione societatis Darpatensis A. 1668.

tainendus { Revol. inscript. Matr. 11 Julii A. 1638. puer q̄ stipulatus

Hic fugientibus reliquis Profess. ex Dorpato propter pestem mansit  
in loco. Theol. doctorem se dicit A. 1661. in Majo. Postea Superin-  
tendens per Livoniam constituitur

### XXVIII EDMUNDUS LIDONIUS.

Smolantia Suecus, hujus Acad. a d. 29. Sept. 1644 Alumnus.  
Philosophiae ille adjunctus aliquando fuit [inde Extraordi]  
cum Magisterii gradum merisset. Cum aliquando vacua  
[esset] fuisset Orat. et Praef. Professio. Extraordinarius primo  
non Ordinarius Praefatus Professor d. 17 Sept. 1654. con-  
stituitur. Quorum post <sup>et</sup> ~~in~~ Dorpato ~~evanuerit~~,  
nullum vestigium est.

<sup>hujusmodi</sup> {1644. 29 Sept. Matr. inscriptus. Phil. Adjunctus aliquando  
inde Extraordin. Praefatus Profess. Tandem ordinarius  
vocatus 17. Septemb. A. 1654. quamvis ab 12. Jan. publice  
{Docuisset.

### XXIX. PETRUS SIMONIUS LOFGREEN

Ostro gothia Suecus Matræ studioforum inscriptus 7 Martij  
1654. Eloquentiae Professionem quia detrectabat Mag.  
Enewaldus Suevonicus capessere jubet per literas vacatorias

d. 17. Sept. 1657. Inguente mox Muscovitico bello, Musis  
 Dorpatensibus exulibus factis, neq[ue] [ab] ullius patrocinio  
 receptis, nisi documento parum sese ante ea diligentia  
 et virtute comendasse, in Patriam sese recepit, Lectio-  
 rumq[ue] primo Eloquentiae in Gymnasio Lincopiensi  
 suscepit, et interjecto aliquo tempore Theologiae.  
 Quo munere laudatissime defunctus, Praepositus demum  
 Cathedralis Dioecesis Lincopiensis evasit, in quo mu-  
 nere consenuit vicemq[ue] supremum obiit.

tenendus { Sed ingruente bello Muscovitico in patriam sese recepit  
 Lect. Elog. in Lincopiensi Gyn. constitutus primum inde  
 Theologus et tandem Praepositus Cathedralis Dioecesis  
 { Ostrogothanae.

## Märkused.

[ --- ] tekstis on maha tõmmatud.

(: - - - ) autor on ise sulgudesse aritanud.

--- maha tõmmatud kohad, mis midagi uut ei anna ja üldse tähtsust ei ole.

Ühe jõelega on alla kriipsutatud kohad, mis äranärijutamisel juure lisatud, enamasti lähenduste juures; näituseks „autem“, kirjutatud on arvult „a“; juris consultus, kirjutatud on iset.

Kohad, mis juba autoril olid alla kriipsutatud, on kahe jõelega kriipsutatud.

(!) on pandud sõnade taha, mis kahtlaselt laekuvad.

Suurema jao professorite elulugude juures on täiendused olemas, sest autor on need pärast veel lühidalt käsitanud; juure on lisatud ainult lauseid, mis midagi uut sisaldavad. Täienduse esimesel ja viimasele reele ees seersab {.

Autor on ka teinud ajaluga veel kord lühidalt käsitanud, selles on ka mõned uued andmed

olemas, need on määrustena järele  
erastud.

Alguist on autor mitu korda ümber-  
kirjutatud, kõige täielikum neist on  
järel erastud.